oppidani, ut facile appareret plus in armis et virtute quam in
6 moenibus auxilii esse. coactus ergo periculo militum praetor re-
ceptui cani iussit, ne obiceret incautos furentibus desperatione
7 ac rabie. dirempto proelio, ne tum quidem ad quietem versi, sed
undique omnes ad munienda et obmolienda, quae ruinis strata
8 erant, concurrerunt. huic operi intentis supervenit Q. Antonius
a praetore missus, qui castigata pertinacia eorum maiorem curam
Romanis quam illis ostenderet esse, ne in perniciem urbis pugna-
9 retur; si absistere furore vellent, potestatem iis dari eadem con-
10 dicione, qua prius C. Livii in fidem venissent, se tradendi. haec
cum audissent, quinque dierum spatio ad deliberandum sumpto,
temptata interim spe auxilii ab Antiocho, postquam legati missi
ad regem nihil in eo praesidii esse retulerant, tum portas ape-
11 ruerunt, pacti, ne quid hostile paterentur. cum signa in urbem
inferrentur et pronuntiasset praetor parci se deditis velle, clamor
undique est sublatus, indignum facinus esse Phocaeensis, num-
12 quam fidos socios, semper infestos hostis, impune eludere. ab
hac voce velut signo a praetore dato ad diripiendam urbem pas-
sim discurrunt. Aemilius primo resistere et revocare dicendo
captas, non deditas diripi urbes, et in iis tamen imperatoris, non

6—9. *recept. cani*, s. 4, 31, 3; 44, 35, 20 u. a.; daneben *receptui canere*, s. 34, 39, 13; 42, 59, 11, vgl. c. 29, 3: *tubicines canere*; 35, 18, 6: *bellicum cani*. — *rabie*, vgl. 2, 47, 6: *ea desperatio Tuscis rabiem — accendit*. — *ne tum q.*, c. 31, 7; 22, 11, 1. — *obmol.* ist durch die Verbindung mit *munienda* auf die zu errichtende Mauer bezogen, während es sonst von dem entgegen zu stellenden Material gesagt wird = *obmoliendo claudere, obmoliendis saxis* etc. *claudere*, vgl. 33, 5, 8. — *in pernic.*, wie 34, 49, 1; 32, 21, 32. — *qua pr.* etc. ist nicht bestimmt berichtet; aber 36, 44ff.; 37, 9, 4 ist die Stadt auf Seiten der Römer. — *in f. ven.*, 36, 28, 4.

10—11. *ab Ant.* ist zu *auxilii* gezogen, da ein Begriff wie *petendi* neben *spe* nicht passend war. — *ad regem*, dafür haben die Hss. *ab rege*, was nicht ohne Härte auf *retulerant* bezogen werden könnte, viell. nur ein Zusatz zu *ab Antiocho* ist. — *spatio — sumpto* sollte Nachsatz sein, ist aber als Vorbereitung zu dem folg. neuen Vordersatz gezogen; der folg. abl. abs. ist nicht ohne Härte asyndetisch angefügt; *interim* wie c. 11, 6; 5, 19, 4: *indicto dilectu — ipse interim — intercurrit*. — *hostile*, die meisten Hss. haben *hostiliter*, was wie 32, 13, 7: *crudelius pati*; Cic. Mil. 4, 9: *perpeti turpiter* gesagt sein könnte, vgl. 2, 12, 9; *pati fortia*; 27, 28, 3. — *eludere*, ihr Spiel, ihren Spott treiben, vgl. 29, 31, 11; 21, 50, 2; Tac. Ann. 16, 28: *impune eludere*.

12—13. *ab hac v.*, sogleich nach, 22, 40, 4; 40, 56, 7; 26, 15, 5: *ab hoc sermone*, vgl. 28, 33, 1; 24, 39, 1; 44, 34, 6: *ab his praeceptis*; 31, 8, 1. — *resistere*, er selbst den noch dastehenden; *revocare*, durch die Tuba. — *captas — urbes*, ein mehrfach ausgesprochener Grundsatz, nach welchem das *se dedere* und *vi*, *bello*, *iure belli capi* unterschieden wird, s. 2, 17, 6; 7, 27, 9; 26, 32, 2; 28, 43, 14 u. a.; Sall. I. 36, 1: *armis aut deditione*; Cic. Off.

militum arbitrium esse. postquam ira et avaritia imperio poten- 13
tiora erant, praeconibus per urbem missis liberos omnes in fo-
rum ad se convenire iubet, ne violarentur, et in omnibus, quae
ipsius potestatis fuerunt, fides constitit praetoris: urbem agros- 14
que et suas leges iis restituit et, quia hiemps iam appetebat, Pho-
caeae portus ad hibernandum classi delegit.

Per idem fere tempus consuli, transgresso Aeniorum Maro- **33**
nitarumque finis, nuntiatur victam regiam classem ad Myonne-
sum relictamque a praesidio Lysimachiam esse. id multo quam 2
de navali victoria laetius fuit, utique postquam eo venerunt, re-
fertaque urbs omnium rerum commeatibus velut in adventum
exercitus praeparatis eos excepit, ubi inopiam ultimam laborem-
que in obsidenda urbe proposuerant *animis*. ibi paucos dies sta- 3
tiva habuere, impedimenta aegrique ut consequerentur, qui pas-
sim per omnia Thraciae castella, fessi morbis ac longitudine viae,
relicti erant. receptis omnibus ingressi rursus iter per Cherso- 4
nesum Hellespontum perveniunt. ubi omnibus cura regis Eume-
nis ad traiciendum praeparatis velut in pacata littora nullo pro-
hibente, aliis alio delatis navibus sine tumultu traiecere. ea vero 5
res Romanis auxit animos, concessum sibi transire cernentibus
[tum] in Asiam, quam rem magni certaminis futuram crediderant.

1, 11, 35 u. a.; die *dediticii* blieben wenigstens frei; die *bello*, *vi capti* wurden getödtet oder in die Sclaverei verkauft; zur Sache vgl. Tac. H. 3, 19: *expugnatae urbis praedam ad militem*, *deditae ad duces pertinere*. — *potentiora*, s. 1, 31, 7: *pax veniaque impetrata*; 8, 35, 4 u. a. — *fides const.*, er hielt sein Wort, vgl. 2, 13, 9. — *urbem* — *leges*, die Stadt wird zum Ersatz für die erlittene Unbill für frei erklärt, s. 35, 46, 12, wie Locri 29, 21, 7.

33. Uebergang der Römer nach Asien. Polyb. 21, 10. Appian. Syr. 29.

1—3. *Aenior. Maron.*, s. c. 60, 7; 31, 16, 4; das letztere ist nachträglich hinzugefügt, da Maronea, oder vielmehr dessen Gebiet, da die Städte wohl nicht berührt werden, s. c. 60, 7, weiter westlich liegend, früher erreicht werden musste als Aenus an der Mündung des Hebrus, vgl .38, 41. — *de nav. vict.* ist, wenn nicht etwas fehlt, von dem Begriff in *nuntiatur*, etwa *nuntiatum* abhängig, oder ein solcher Begriff zu denken, vgl. 38, 57, 8: *haec de tanto viro*; 44, 20, 7: *omnia de Eumene dubia*; *res de* 28, 35, 1. — *omn. rer. com.*, c. 28, 2; zu c. 31, 1. — *propos. anim.* ist unsicher, da die Hss. nur *proposuerant sibi* oder *ibi* haben, vgl. 31, 40, 1; 34, 34, 2: *proponere vos animis oportet*; Andere lesen *propos. sibi. ibi*; schwerlich hat L. *proponere* allein gesagt, vgl. 40, 4, 10; Senec. de tranq. 10, 1.

4—7. *per Chers.*, von Lysimachia, dem alten Cardia, südlich. — *Hellesp.*, vgl. § 6; c. 31, 6. — *aliis a. del.* soll wol andeuten, dass nirgends ein Hinderniss sich fand. — *concess. s. tr.*, vgl. Cic. Att. 8, 15, 3: *quibus concessum est* — *adire provincias*; de Iuv. 2, 15, 49. — *tum* ist verdorben, da kein Grund da ist, das Zeitverhältniss zu bezeichnen; viell. *transitum c. in*; *tuto* würde

6 stativa deinde ad Hellespontum aliquamdiu habuerunt, quia dies
7 forte, quibus ancilia moventur, religiosi ad iter inciderant. idem
dies P. Scipionem propiore etiam religione, quia salius erat,
diiunxerant ab exercitu; causaque et is ipse morae erat, dum
consequeretur.

34 Per eos forte dies legatus ab Antiocho in castra venerat
2 Byzantius Heraclides, de pace adferens mandata, quam impetra-
bilem fore magnam ei spem attulit mora et cunctatio Romano-
rum, quos, simul Asiam attigissent, effuso agmine ad castra regia
3 ituros crediderat. statuit tamen non prius consulem adire quam
P. Scipionem, et ita mandatum ab rege erat: in eo maximam
spem habebat, praeterquam quod et magnitudo animi et satie-
4 tas gloriae placabilem eum maxime faciebat, notumque erat gen-
tibus, qui victor ille in Hispania, qui deinde in Africa fuisset,
5 etiam quod filius eius captus in potestate regis erat. is ubi et
quando et quo casu captus sit, sicut pleraque alia, parum inter
6 auctores constat. alii principio belli, a Chalcide Oreum petentem,

nicht an dem passenden Platze stehen. — *ancil. mov.*, sie wurden aus der regia geholt und von den Saliern in feierlichen Umzügen vom 1. bis wenigstens zum 24. März durch die Stadt getragen; dieses hiess *ancilia moventur*, vgl. c. 37, 4; 1, 20, 4; Becker 1, 231. — *relig.*, Fest. p. 278: *religiosi dies, quibus nisi quod necesse est, nefas habetur facere*, s. 6, 1, 11; Marq. 4, 377. — *ad iter*, vgl. 26, 17, 12: *diem religiosum — ad agendum quicquam rei seriae esse.* — *propiore*, die ihn näher angieng; Polyb.: *αἴτιον δ' ἦν καὶ τοῦ μένειν τὸ στρατόπεδον ἐπὶ τῆς πρώτης παρεμβολῆς καὶ τοῦ κεχωρίσθαι τὸν Πόπλιον ἀπὸ τῶν δυνάμεων τὸ σάλιον εἶναι τὸν προειρημένον ἄνδρα. — συμβαίνει τριακονθήμερον μὴ μεταβαίνειν κατὰ τὸν καιρὸν τῆς θυσίας, ἐν ᾗ ἂν χώρᾳ καταληφθῶσιν οἱ σάλιοι*; Fest. p. 329: *salios, quibus per omnis dies, ubicumque manent, — amplae ponuntur cenae.* — *diiunx.*, 31, 29, 15; 32, 21, 7 u. a.; er war auf der europäischen Seite des Hellespontes geblieben. — *causaqu. is*, s. 21, 21, 1: er selbst, im Gegensatze zu den *dies religiosi*, die das Weiterziehen nicht gerade verhindert hätten. — *morae er. dum*, dass man zögerte, bis u. s. w., 22, 38, 1: *paucos dies morati, dum*; 27, 42, 13 u. a. — Das Heer ist nach c. 4, 4 in etwa 8 Monaten bis an den Hellespont gezogen.

34—36. Friedensverhandlungen. Polyb. 21, 10ff.; App. Syr. 29; Dio Cass. frgm. 62, 2.

1—4. *Heraclid.* ist schwerlich der Polyb. 28, 1 genannte. — *mora*, nur das Zögern, nicht weitergehen; *cunctat.* enthält noch den Begriff der Unentschlossenheit, vgl. 35, 18, 7. — *effuso*, unaufhaltsam, anders § 6; Polyb.: *τὸ μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων καὶ πρὸς μηδὲν ὡρμηκέναι τῶν ἑξῆς τοὺς ὑπεναντίους.* — *praeterq. q.* — *etiam q.*, vgl. 30, 26, 5. — *qui vict.*, vgl. c. 25, 9.

5—8. *sicut pl.*, wie gar vieles Andere; wie oft lässt L. die Sache unentschieden. — *princip.*, so Polyb. c. 12: *συνέβαινε ἐν ἀρχαῖς τοῦ πολέμου τὸν υἱὸν τοῦ Σκιπίωνος γεγονέναι τοῖς περὶ Ἀντίοχον ὑποχείριον.* — *Oreum*, 28, 5,

circumventum ab regiis navibus tradunt, alii, postquam transitum in Asiam est, cum turma Fregellana missum exploratum ad regia castra, effuso obviam equitatu cum reciperet sese, in eo tumultu delapsum ex equo cum duobus equitibus oppressum, ita
ad regem deductum esse. illud satis constat, si pax cum populo 7
Romano maneret hospitiumque privatim regi cum Scipionibus esset, neque liberalius neque benignius haberi colique adolescen-
tem, quam cultus est, potuisse. ob haec cum adventum P. Sci- 8
pionis legatus expectasset, ubi is venit, consulem adit petitque, ut mandata audiret. Advocato frequenti consilio legati verba sunt **35**
audita. is, multis ante legationibus nequiquam ultro citroque de 2
pace missis, eam ipsam fiduciam impetrandi sibi esse dixit, quod priores legati nihil impetrassent: Zmyrnam enim et Lampsacum et Alexandriam Troadem et Lysimachiam in Europa iactatas in

18; App.: ἐς Δημητριάδα ἐκ Χαλκίδος διαπλέοντα; Dio Cass.: Σέλευκος — διαπλέοντα ἐκ τῆς Ἑλλάδος λαβών. Welcher der Söhne Scipios das Unglück gehabt habe, ob Lucius, s. 41, 27, 2 nach Val. Max. 3, 5, 1; 4, 5, 3, der ihn Gneus nennt, oder Publius, 40, 42, 13, ist nicht zu entscheiden; unrichtig sagt Appian: ὁ Καρχηδόνα ὕστερον ἑλών. — *postq.* — *est*, s. 24, 22, 15: *postquam animadvertit*; 10, 26, 11: *nec ante* — *quam fuere*; vgl. 22, 36, 4: *cum pugnatum est*; 37, 56, 4; 5, 46, 11: *non prius quam comperit*; 9, 25, 5: *simul audierunt*; ib. 41, 16: *qua minati sunt*; s. 36, 39, 10; 24, 33, 6 u. a.; Tac. Ann. 1, 10: *qui fecere*; 6, 28; ib. 34: *qua repetivit* u. s. w. — *turma Freg.*, 60 Mann, 22, 42, 4; Marq. 3, 2, 305. — *in eo tum.* und *ex* hat nur die Mz. Hs., die ersten Worte würde man wenigstens nicht vermissen; *delabi ex equis* hat L. 10, 36, 4; dagegen 1, 16, 6: *caelo delapsus*; Iustin. 33, 2, 1; Val. Max. 7, 3 ext. 2: *delapsus equo*. — *ita*, unter diesen Verhältnissen, vgl. 1, 6, 1; ib. 5, 4: *sic*; doch würde man an u. St. nur *et* erwarten; anderer Art sind Stellen, wo *ita* den Nachsatz einleitet, wie Cic. Tusc. 1, 8, 16 u. a. — *si* — *esset*, in der Zeit, von welcher die Rede ist; *potuisse* entspricht *potuit* in orat. recta: damals bestanden hätte, gewesen wäre, s. 9; 38, 31, 3; ib. c. 49, 2; 31, 42, 7 u. a. — *privat.*, 1, 45, 2. — *quam c. e.*, die Wirklichkeit der Annahme gegenüber wiederholt nur das wichtigere *coli*, nicht *haberi*. — *ob h.* geht auf § 4 zurück; doch wendet sich der Gesandte nicht zunächst an P. Scipio, sondern erst c. 36.

35. 1—3. *eam ipsam fid.* — *esse*, gerade darauf beruhe, gerade der Umstand, dass die Gesandten nichts erlangt hätten, sei der Grund seines Vertrauens = *in ea re* (*eo*) — *quod* — *impetrassent*, und *ipsa* tritt hinzu, weil der Gedanke *quod* etc. schon in *nequiquam* liegt. Uebrigens ist in *quod* — *impetrassent* nur scheinbar der Grund angegeben, der wirkliche folgt in *quarum* — *tradere* statt *nam cum priores legati propterea, quod Lampsacum* — *tradere noluissent*, *nihil impetrassent*, *se iam impetraturum*, *cum rex* — *tradere paratus esset*; Polyb. hat den gesuchten Gedanken und Ausdruck so wenig als das folg. *Lysimachiam* und *Lysimachia* — *regem*, da dieses die Römer schon besetzt haben. — *Zmyrn.* — *Troad.*, 35, 42 leisten die drei Städte noch Widerstand; aber nach 37, 54, 2 scheint nur Smyrna festgeblieben

3 illis disceptationibus esse; quarum Lysimachia iam cessisse re-
gem, ne quid habere eum in Europa dicerent; eas quae in Asia
sint civitates tradere paratum esse, et si quas alias Romani, quod
4 suarum partium fuerint, vindicare ab imperio regio velint; im-
pensae quoque in bellum factae partem dimidiam regem praestatu-
5 rum populo Romano. hae condiciones erant pacis; reliqua ora-
tio fuit, ut memores rerum humanarum et suae fortunae mode-
rarentur et alienam ne urgerent; finirent Europa imperium, id
6 quoque immensum esse, et parari singula acquirendo facilius
7 potuisse quam universa teneri posse; quod si Asiae quoque par-
tem aliquam abstrahere velint, dummodo non dubiis regionibus
finiant; vinci suam temperantiam Romana cupiditate pacis et con-
cordiae causa regem passurum. ea, quae legato magna ad pa-
cem impetrandam videbantur, parva Romanis visa: nam et im-
8 pensam, quae in bellum facta esset, omnem praestare regem
9 aequum censebant, cuius culpa bellum excitatum esset, et non
10 Ionia modo atque Aeolide deduci debere regia praesidia, sed sic-
ut Graecia omnis liberata esset, ita quae in Asia sint omnes libe-

zu sein, die beiden anderen sich dem König unterworfen zu haben. — *quarum Lysim.*, vgl. 33, 39, 2: *decem legatorum Lentulus.* — *ne q.* — *in Europa*, vgl. jedoch c. 60, 7. — *quod — fuerint*, Polyb.: *ὅσαι τυγχάνουσιν ᾑρημέναι τὰ Ῥωμαίων*; da die Mz. Hs. *quas — ediderant*, s. 1, 18, 2; 34, 40, 4, hat, so vermuthet Madvig *quas — ediderint.*

5—6. *memores* etc., vgl. 30, 30, 15; ib. 42, 15. — *fortunae moder.*, s. 4, 7, 6: *irae moderatos*; 31, 44, 2 u. a. — *suae — alienam*, wofür Voss *aliorum* vermuthet, scheint zugleich die Begriffe günstig — ungünstig zu enthalten, s. 4, 58, 2: *ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur*; 42, 43, 3: *cum Perseus suo maxime tempore atque alieno hostibus incipere bellum posset*; 22, 39, 21 u. a. — *Europa* etc., s. Cic. Mil. 27, 74: *qui Ianiculo et Alpibus spem possessionum terminarat suarum*; Polyb.: *τὸ μέγεθος τῆς αὑτῶν ἐξουσίας — περιγράφειν μάλιστα μὲν τοῖς τῆς Εὐρώπης ὅροις.* — *parari sing.* kann *universa teneri* entsprechen und *acquirendo* nur die Art des Erwerbens bezeichnen, vgl. 1, 8, 4: *adpetendo*; 3, 12, 8: *iterando*, oder zu *parari* ist *imperium* zu denken und dieses nebst *singula acquir.* dem *universa teneri* gegenübergestellt; Polyb. hat den Gedanken nicht, vgl. c. 54, 16; Sall. I. 31, 17. — *non dub.*, nicht zu Zweifel (neuen Streitigkeiten) Veranlassung gebende, bestimmt als Grenze erkennbare, vgl. 38, 39, 13; Polyb. sagt nur: *εἰ δὲ πάντως καὶ τῆς Ἀσίας βούλονταί τινα προσεπιδράττεσθαι, διορίσαι ταῦτα, πρὸς πᾶν γὰρ τὸ δυνατὸν προσελεύσεσθαι τὸν βασιλέα*; auch dem letzten Gedanken hat L. eine der Stellung des Gesandten weniger angemessene Wendung gegeben.

7—10. *parva*, Kleinigkeiten. — *Ionia — Aeol.* c. 25, 2, die ganze Küste Kleinasiens. — *sicut — urbes*, Polyb. hat den Gedanken nicht, da zwischen Ionien und Aeolis und dem Taurus andererseits nicht so viele griech. Städte liegen, sondern einfach: *τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου*

rari urbes; id aliter fieri non posse, quam ut cis Taurum montem possessione Asiae Antiochus cedat.
Legatus postquam nihil aequi in consilio impetrare se cen- 36
sebat, privatim — sic enim imperatum erat — P. Scipionis temptare animum est conatus. omnium primum filium ei sine pretio 2
redditurum regem dixit; deinde ignarus et animi Scipionis et moris Romani, auri pondus ingens pollicitus *est*, et nomine tantum regio excepto societatem omnis regni, si per eum pacem
impetrasset. ad ea Scipio „quod Romanos omnis, quod me, ad 3
quem missus es, ignoras, minus miror, cum te fortunam eius, a
quo venis, ignorare cernam. Lysimachia tenenda erat, ne Cher- 4
sonesum intraremus, aut ad Hellespontum obsistendum, ne in Asiam traiceremus, si pacem tamquam ab sollicitis de belli eventu
petituri eratis: concesso vero in Asiam transitu et non solum 5
frenis sed etiam iugo accepto quae disceptatio ex aequo, cum
imperium patiendum sit, relicta est? ego ex munificentia regia 6
maximum donum filium habebo; aliis deos precor ne umquam
fortuna egeat mea, animus certe non egebit: pro tanto in me 7
munere gratum me in se esse sentiet, si privatam gratiam pro privato beneficio desiderabit; publicē nec habebo quicquam ab
illo nec dabo. quod in praesentia dare possim, fidele consilium 8

δυναστείας ἐκχωρεῖν. — *cis Taur.*, s. 38, 39, 4, ist zu *cedat possessione As.* gezogen statt zu *Asiae*.

36. 1—2. *nihil aequi*, Polyb.: διὰ τὸ πολὺ τῶν ἀξιουμένων τὰς ἐπιταγὰς ὑπεραίρειν. — *impetrare*, jetzt und wirklich. — *ignarus*, vgl. 33, 11, 7. — *nomine t. r.*, Pol.: κοινὴν ποιεῖν τὴν ἐκ τῆς βασιλείας χορηγίαν.

4—8. *tenenda erat — si — eratis*, vgl. 40, 12, 9: *oportuit, si proditor — eram non expectatam fabulam*; ib. 14, 4; 5, 52, 12: *quid horum opus fuit, si — relicturi fuimus*; Cic. Div. 2, 8, 21: *si fatum fuit — potuit*. — *tamquam*, was nur die Mz. Hs. hat, kann bedeuten: als ob wir (nach eurer Ansicht) wären; Polyb sagt nur ἣν ἂν οὕτως αὐτὸν ἀφικέσθαι τῶν ἀξιουμένων, ähnlich Appian. — *frenis — iugo*, L. hat das Gleichniss bei Polyb.: προσδεξάμενος οὐ μόνον τὸν χαλινὸν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀναβάτην; Plut. Apophtheg. 196 (67); Appian.; welches eine Anspielung auf die bekannte Fabel des Stesichorus enthält, s. Hor. Ep. 1, 10, 34; Phaedr. 4, 3 geändert. — *ex aequo*, s. 35, 16, 6; 7, 30, 2; Tac. 15, 13: *pacem ex aequo utilem*, wie an u. St. attributiv, 10, 45, 12. — *aliis — mea*, durch die Stellung gehoben und dem Vorhergeh. u. Folg. gegenübergesetzt; der Gedanke ist mehr parenthetisch, da im Folg. *tanto* wieder auf *ego — habebo* zurückgeht. — *publice*, als Vertreter des Staates, *publica auctoritatė*, 4, 13, 8 u. a.; die andere Lesart: *publici* scheint weniger passend, da er Staatsgut von einem fremden Könige nicht bekommen konnte. Statt des ganzen Gedankens *ego — dabo* hat Polyb. nur: ἀντὶ δὲ τῆς κατὰ τοῦ υἱοῦ ἐπαγγελίας ὑπισχνεῖτο δώσειν αὐτῷ συμβουλίαν ἀξίαν τῆς προ-

est: abi, nuntia meis verbis, bello absistat, pacis condicionem
9 nullam recuset." nihil ea moverunt regem, tutam fore belli aleam
ratum, quando perinde ac victo iam sibi leges dicerentur. omissa
igitur in praesentia mentione pacis totam curam in belli apparatum intendit.

37 Consul omnibus praeparatis ad proposita exsequenda cum
ex stativis movisset, Dardanum primum, deinde Rhoeteum utraque
2 civitate obviam effusa venit. inde Ilium processit castrisque in
campo, qui est subiectus moenibus, positis in urbem arcemque
3 cum escendisset, sacrificavit Minervae praesidi arcis et Iliensibus
in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos
praeferentibus et Romanis laetis origine sua. inde profecti sex-
4 tis castris ad caput Caici amnis pervenerunt. eo et Eumenes
rex, primo conatus ab Hellesponto reducere classem in hiberna Elaeam, adversis deinde ventis cum aliquot diebus superare
Lecton promunturium non potuisset in terram egressus, ne deesset principiis rerum, qua proximum fuit, in castra Romana cum

τεινομένης χάριτος. — *abi, nunt.*, 22, 49, 10; 2, 36, 3. — *meis v.*, 6, 17, 8.

9. *tutam*, 40, 21, 6; 1, 23, 9; sonst ist gerade die *alea* unsicher und gefahrvoll. — *perinde — leges*, vgl. 32, 10, 7; 31, 11, 17. — *intendit*, c. 31, 4; 5, 8, 2: *cura omnium in Veiens bellum intenta*, vgl. 35, 11, 9.

37—44, 2. Die Schlacht bei Magnesia. Iustin. 31, 8; Frontin. Strateg. 4, 7, 30; Appian. Syr. 30 ff.

1—3. *ex stat.*, c. 33. — *movisset*, s. c. 18, 8. — *Dardan.*, wahrscheinlich ist der Consul bei Abydus gelandet und geht nun südlich an der Küste hin. — *Ilium — sacrif.*, s. c. 9, 7; 35, 43, 3. — *in omni* etc., wenn *in*, welches sich, jedoch mehr bei *esse*, *habere* u. ä. auch da findet, wo der blosse Abl. ausreichte, s. Cic. Fin. 2, 14, 47; Tusc. 1, 39, 94, ächt ist, so bedeutet es wol: unter jeder Art von Ehrenbezeugung; da L. sonst in ähnlichen Fällen die Präpos. nicht zusetzt, s. 3, 12, 9: *atroci responso — praeferebant*; 25, 17, 5; 28, 4, 2, so hält sie Duker an u. St. für unächt. — *ab se or.*, Iust. l. l.: *tantaque laetitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes et liberos solet*; die Sage von Aeneas ist also bereits vollkommen anerkannt, vgl. 29, 12; 38, 39; 1, 1, 1; Schwegler 1, 306. — *praefer.*, zur Schau tragend, Tac. Ann. 2, 53: *vetera suorum facta praeferentes*; L. 42, 14, 5. — *origine*, Iust. 23, 1, 6: *origini suae*; dagegen L. 38, 39, 10; *originum memoria*; 26, 13, 16. — *cap. Caici*, c. 18, 6.

4—5. *eo et*, nach *et* haben die meisten Hss. *omnes*, was aus *Eumenes* entstanden sein kann. — *deinde*, obgleich *primo conatus* entsprechend, ist nicht zu *egressus*, sondern in den Nebensatz *cum — potuisset* gezogen. — *Lecton*, das nach Westen auslaufende Vorgebirge des Ida, am Eingang in den adramyttischen Meerbusen. — *qua prox. f.*, vgl. 35, 22, 3; Tac. Ann. 15, 12: *qua proximum — petivit.* — *in castra* nimmt das entfernte *eo*

parva manu contendit. ex castris Pergamum remissus ad com- 5
meatus expediendos, tradito frumento quibus iusserat consul, in
eadem stativa rediit. inde plurium dierum praeparatis cibariis
consilium erat ire ad hostem, priusquam hiemps opprimeret.

Regia castra circa Thyatiram erant. ubi cum audisset An-
tiochus P. Scipionem aegrum Elaeam delatum, legatos, qui 6
filium ad eum reducerent, misit. non animo solum patrio gratum
munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuit, satiatusque 7
tandem complexu filii „renuntiate“ inquit „gratias regi me agere,
referre aliam gratiam nunc non posse, quam ut suadeam, ne 8
ante in aciem descendat, quam in castra me redisse audierit.“
quamquam sexaginta milia peditum, plus duodecim milia equi-
tum animos interdum ad spem certaminis faciebant, motus tamen 9
Antiochus tanti auctoritate viri, in quo ad incertos belli eventus
omnis fortunae posuerat subsidia, recepit se et transgressus
Phrygium amnem circa Magnesiam, quae ad Sipylum est, posuit
castra et, ne, si extrahere tempus vellet, munimenta Romani
temptarent, fossam sex cubita altam, duodecim latam cum duxis- 10
set, extra duplex vallum fossae circumdedit, interiore labro mu-
rum cum turribus crebris obiecit, unde facile arceri transitu 11
fossae hostis posset.

wieder auf, anders c. 19, 8. — *ad h.*, 1, 5, 7. — *hiemps inst.*, nach c. 33, 5 ist es etwa April, der aber damals etwa in den December oder Januar fiel.

6—9. *Thyatiram*, s. c. 8, 7. — *gratias* — *gratiam*, der Unterschied der Bedeutung tritt hier deutlich hervor; die Stellung chiastisch. — *sexag.* — *equit.*, App. c. 32: ἦν ὁ στρατὸς ἅπας ἑπτακισμύριοι; die Mz. Hs. hat *sexaginta duo.* — *ad spem c.*, die Hoffnung den Kampf glücklich zu bestehen zu fassen, sich zu derselben zu erheben, vgl. 24, 40, 10; ib. 42, 6: *animos ad temptandum — certamen fecit*; die wahrscheinlich hierher gehörende Anekdote bei Gell. 5, 5 hat L. übergangen. — *ad — event. Phryg.*, Strabo 13, 4, 5 p. 626: εἰς ὃν (Ἕρμον) καὶ ὁ Ὕλλος ἐμβάλλει, Φρύγιος νυνὶ καλούμενος, vgl. Homer Il. 20, 392; Plin. 5, 29, 119, jetzt Kum-Tschai, nach Anderen der Oled-Tschai; auch der von Norden kommende Fluss, welcher sich mit dem Hyllus vereinigt, scheint Phrygius genannt worden zu sein; Thyatira lag nördlich von dem letzteren, Magnesia südlich von dem Hermus, wo der Phrygius in denselben mündet.

10—11. *munim. R. tempt.*, gar keinen Versuch (auf das eigentliche Lager) machten, oder der Versuch, Angriff auf die Befestigungen ohne Erfolg wäre. — *cubita* wie c. 41, 6. — *extra*, Adverbium; sonst ist der Wall, wie hier die Mauer, hinter dem Graben; s. c. 39, 4; viell. war der eine Wall unmittelbar von aussen an dem Graben, so dass dessen Tiefe vergrössert wurde. — *inter. labro*, vgl. Caes. 7, 72; L. 28, 11, 7; App.: περιετείχιζε, καὶ τὸν Φρύγιον ποταμὸν ἐν προβολῇ τοῖς πολεμίοις ἐτίθετο; das Lager

38 Consul circa Thyatiram esse regem ratus, continuis itineri-
2 bus quinto die ad Hyrcanum campum descendit. inde cum pro-
fectum audisset, secutus vestigia citra Phrygium amnem, quattuor
3 milia ab hoste, posuit castra. eo mille ferme equites — maxima
pars Gallograeci erant, et Dahae quidam aliarumque gentium sa-
gittarii equites intermixti — tumultuose amni traiecto in statio-
4 nes impetum fecerunt. primo turbaverunt incompositos; deinde,
cum longius certamen fieret, Romanorum ex propinquis castris
facili subsidio cresceret numerus, regii fessi iam et pluris non
sustinentes recipere se conati circa ripam amnis, priusquam flu-
men ingrederentur, ab instantibus tergo aliquot interfecti sunt.
biduum deinde silentium fuit neutris transgredientibus amnem;
5 tertio post die Romani simul omnes transgressi sunt et duo mi-
6 lia fere et quingentos passus ab hoste posuerunt castra. metan-
tibus et muniendo occupatis tria milia delecta equitum peditum-
que regiorum magno terrore ac tumultu advenere; aliquanto pau-
7 ciores in statione erant; hi tamen per se, nullo a munimento
castrorum milite avocato, et primo aequum proelium sustinue-
runt, et crescente certamine pepulerunt hostis centum ex iis oc-
8 cisis, centum ferme captis. per quadriduum insequens instru-
ctae utrimque acies pro vallo stetere; quinto die Romani proces-

war nach c. 39, 11 westlich vom Fluss.

38. 1—4. *quinto*, also in 11—12 Märschen vom Hellespont, s. c. 37, 3. — *Hyrcan. camp.*, nach L.'s Darstellung zwischen dem Caicus und Hermus in der Nähe von Thyatira; Strabo 13, 4, 13: *εἶτα* (nach dem Tmolus) *τὸ Ὑρκάνιον πεδίον, Περσῶν ἐπονομασάντων καὶ ἐποίκους ἀγαγόντων ἐκεῖθεν*; Plin. 5, 29, 120: *Macedones Hyrcani cognominati et Magnetes a Sipylo.* — *Gallogr.*, c. 18, 7; *Dahae*, 35, 48, 8. — *ex — subs.*, abl. abs., s. c. 29, 8; c. 24, 2 u. a.; über das Fehlen von *et* vor *Romanorum* s. 35, 27, 3; doch konnte dasselbe an u. St. leicht ausfallen. — *aliquot* ist beschränkende Apposition zu *regii* nur in Bezug auf *interfecti sunt*; die übrigen Bestimmungen *fessi — ingreder.* beziehen sich auf alle = *ex regiis, qui fessi — conarentur* etc. — *aliquot int. s.*, vgl. 36, 17, 9; 30, 3, 9; 36, 33, 4.

5—9. *tertio p. d.*, s. 42, 37, 1; Cic. Flacc. 23, 56: *multis post annis*; aber c. 12, 9: *diebus post paucis*, vgl. 35, 26, 5; 32, 5, 10; 40, 47, 4; ib. 57, 2; 7, 2, 8. — *metant. — occupatis*, das Letztere konnte der Bedeutung des Wortes wegen dem part. praes. gleich gestellt werden, sind wol abll. abss., s. c. 12, 3; 34, 33, 11; 25, 41, 2; 9, 5, 11: *haec frementibus — advenit*; 24, 41, 2; dagegen 25, 3, 14: *cui dies — advenit.* — *magno terr.*, den sie erregen wollen, drohend. — *tumultu* wie § 3 *tumultuose*, unter Lärm. — *hi tamen*, viele Hss. haben *pauciores, qui in stat. erant, duo tamen milia.* — *muniment.* ist hier das Anlegen der Befestigung wie vorher *muniendo.* — *cent. — cent.*, vgl. 21, 54, 4: *mille equitibus* —

sere in medium campi; Antiochus nihil promovit signa, ita ut 9
extremi minus mille pedes a vallo abessent.

Consul postquam detractari certamen vidit, postero die in 39
consilium advocavit, quid sibi faciendum esset, si Antiochus pu-
gnandi copiam non faceret? instare hiemem; aut sub pellibus 2
habendos fore milites, aut, si concedere in hiberna vellet, diffe-
rendum esse in aestatem bellum. nullum umqam hostem Ro- 3
mani aeque contempserunt. conclamatum undique est, duceret
extemplo et uteretur ardore militum, qui tamquam non pugnan- 4
dum cum tot milibus hostium sed par numerus pecorum truci-
dandus esset, per fossas, per vallum castra invadere parati erant,
si in proelium hostis non exiret. Cn. Domitius ad explorandum 5
iter et qua parte adiri hostium vallum posset missus, postquam
omnia certa rettulit, postero die propius admoveri castra pla-
cuit; tertio signa in medium campi prolata et instrui acies coepta
est. nec Antiochus ultra tergiversandum ratus, ne et suorum 6
animos minueret detractando certamen et hostium spem augeret,
et ipse copias eduxit, tantum progressus a castris, ut dimicaturum
appareret.

Romana acies unius prope formae fuit et hominum et armo- 7
rum genere. duae legiones Romanae, duae socium ac Latini

mille peditibus. — *nihil prom.*, er rückte nicht weiter vor als an den vorhergehenden Tagen. — *mille*, nur tausend, doch scheint auch so der Raum für beide Heere, wenn die Römer aus ihrem Lager § 5 etwa 1200 Schritte vorrückten, sehr beschränkt.

39. 1—4. *in cons. adv.*, n. *legatos, tribunos* etc., vgl. 2, 55, 10: *in senatum vocare*; von dem in *advocare in cons.* angedeuteten Begriff des Berathens, Befragens hängt *quid* etc. ab. — *hiberna*, c. 37, 4. — *nullum — contemps.*, ohne Verbindung eingesetzte Bemerkung des Erzählenden, die den Grund des folgenden, um die augenblickliche Fassung desselben zu bezeichnen, ebenfalls ohne Verbindung angefügten Beschlusses enthält, s. 40, 7, 7 u. a. — *trucidandus*, 25, 16, 19. — *per foss.* etc., vgl. App.: *ἐκήρυσσεν ἐς ἐπήκοον τῶν πολεμίων ἐς αὔριον Ἀντιόχῳ καὶ ἄκοντι πολεμήσειν* (*Δομίτιος*).

5—6. *Cn. Dom.*, der 35, 10; 40; 36, 37, 6 erwähnte, der als Legat Scipio begleitet; nach Appian: *ὁ μὲν δὴ Πούπλιος — ὑπεχώρει, σύμβουλον τῷ ἀδελφῷ Γαΐον Δομίτιον καταλιπών* etc., leitet derselbe alle Anordnungen; L. lässt die Unfähigkeit des Consuls weniger erkennen. — *ad expl. iter* ist bei der Nähe der Lager, s. c. 38, 5, und da die Römer schon so weit vorgerückt sind, s. ib. § 8, wol nicht genau; App. erwähnt die Anordnung nicht. — *adiri v.*, wenn Ant. nicht schlagen wollte, § 3. — *tantum*, entweder: nur so weit, oder: weit genug, dass man sehen konnte, er habe die Absicht. — *et ipse* nach *nec* = *et — non*, s. 40, 40, 9; 35, 35, 8. — *progress.*, 21, 1, 5.

7—8. *prope* in Bezug auf § 9. — *duae soc.*, die gewöhnliche Bezeichnung derselben ist *alae*, s. 31,

nominis erant, quina milia et quadringenos singulae habebant.
8 Romani mediam aciem, cornua Latini tenuerunt; hastatorum prima signa, dein principum erant, triarii postremos claudebant.
9 extra hanc velut iustam aciem a parte dextra consul Achaeorum caetratis immixtos auxiliares Eumenis, tria milia ferme peditum, aequata fronte instruxit; ultra eos equitum minus tria milia opposuit, ex quibus Eumenis octingenti, reliquus omnis Roma-
10 nus equitatus erat; extremos Trallis et Cretensis — quingen-

21, 7, da aber die *alae* wesentlich eben so wie die Legionen eingerichtet waren und früher auch die Campaner in Legionen gedient hatten, s. 8, 8, 14; ib. 14, 10, so ist es möglich, dass die sonst römische Bezeichnung auch auf die *socii* übertragen werden konnte, worauf schon die Bezeichnung *legiones Romanae,* vgl. c. 2, 9; 42, 4 hindeutet; Nitzsch die Gracchen 106. Auch die Stärke der Legionen ist zweifelhaft, da sonst in dieser Zeit 5200 oder 5000 Mann in der Legion sind, s. 42, 31, 2: *quina milia et ducenti veteri instituto*; 40, 1, 5; ib. 18, 5; 36, 8, selten 6200 oder 6000, s. 35, 2, 4; 42, 31, 2; 29, 24, 14; deshalb wird vermuthet *duae alae socium — quina milia et ducenos.* Nach App. beträgt die Zahl der Römer und die der socii je 10000 Mann, vgl. Polyb. 6, 30, 2: *ἔστι δὲ τὸ πλῆθος τῶν συμμάχων — τὸ μὲν πεζῶν πάρισον τοῖς Ῥωμαϊκοῖς,* jedoch mit Ausschluss der *extraordinarii*, s. ib. 6, 26, 7; 8; 3, 107, 12, vgl. indess zu L. 36, 2, 6; einige waren viell. zu anderen Zwecken verwendet. Ueber das Fehlen von *armatorum* oder *militum* s. 34, 10, 1; 44, 1, 1. — *cornua,* auf den Flanken der Legionen, nach App. bilden die socii den rechten Flügel. — *hastat. pr. s.*, der Hast. waren die — Fahnen, Reihen; sie gehörten ihnen an, s. c. 23, 4, oder *signa* ist zweimal zu denken, s. 10, 36, 14: sie bildeten die erste Schlachtreihe; zu *principum* n. *signa* ist *erant*: waren, standen. — *dein,* dann, von der Reihenfolge, oder weiterhin, s. 21, 55, 2; *secunda, altera* konnte nicht gesagt werden, eben so *deinde* c. 40, 8; 13; *tum* ib. 8; 14; *inde* § 11; c. 40, 13 u. a; 22, 4, 2; 30, 8, 5: *principes post hastatorum signa.* — *postr. claud.*, wie c. 40, 9: *extremum cornu claudebant*; 30, 33, 1: *postremam aciem triariis clausit*, sie bildeten das letzte Treffen; doch ist der Ausdruck an u. St. ungewöhnlich, weshalb Huschke *postremo* vermuthet; anders ist *claudere* § 11; c. 27, 7 gebraucht. Auch App. sagt: *τρεῖς ἑκατέρων τάξεις*; die Bundesgenossen wären also nicht nach Cohorten, s. 34, 12, 6; ib. 28, 7; Marq. 3, 2, 303; 342, sondern wie die Römer nach Manipeln gestellt gewesen; die gleiche Bewaffnung und übrige Einrichtung wird vorausgesetzt, s. 8, 8.

9—10. *velut*, weil doch auch die folgenden Truppen zu der *acies* gehören. — *Achaeor. caetr.*, vielleicht die c. 20 erwähnten; sonst wird nicht bemerkt, dass die Achäer Hülfstruppen gestellt haben, doch vgl. 34, 25, 3; 35, 50, 2. — *caetr.*, 35, 29, 4; App.: *ὁ Εὐμενοῦς στρατὸς — καὶ Ἀχαιῶν πελτασταί.* — *aequa fr.*, s. 36, 44, 1; 22, 47, 5; die Linie wird weiter ausgedehnt, damit sie nicht überflügelt werden kann. — *oppos.*, absolut, § 11; c. 40, 5, u. a. — *rel. omn.* n. *equitatus* s. § 8: *signa*; *Romanus,* im weiteren Sinne, da auch die Reiterei der italischen Bundesgenossen verstanden wird, vgl. c. 44, 2. — *Trall.* 31, 35, 1. — *Cret.* 35, 29, 2.

torum utrique numerum explebant — statuit. laevum cornu 11
non videbatur egere talibus auxiliis, quia flumen ab ea parte ripaeque deruptae claudebant; quattuor tamen inde turmae equitum oppositae. haec summa copiarum erat Romanis; et duo 12
milia mixtorum Macedonum Thracumque, qui voluntate secuti erant, [hi] praesidio castris relicti sunt. XVI elephantos post tri- 13
arios in subsidio locaverunt. nam praeterquam quod multitudinem regiorum elephantorum — erant autem quattuor et quinquaginta — sustinere non videbantur posse, ne pari quidem numero Indicis Africi resistunt, sive quia magnitudine — longe enim illi praestant — sive robore animorum vincuntur.

Regia acies varia magis multis gentibus, dissimilitudine ar- 40
morum auxiliorumque erat. decem et sex milia peditum more Macedonum armati fuere, qui phalangitae appellabantur. haec media acies fuit, in fronte in decem partes divisa; partes eas in- 2
terpositis binis elephantis distinguebat; a fronte introrsus in

11—13. *laevum* etc., der Flügel lehnt sich, da jetzt auch die Römer westlich vom Phrygius stehen, an den Fluss, die Front ist nach Süd oder Südwest gerichtet. — *videb. egere* hat nur die Mz. Hs., die übrigen *verebatur obiectis*, was auf eine andere Lesart hindeutet. — *deruptae*, 38, 2, 13; 21, 33, 7. — *quatt.* etc., dafür sagt Appian: ἀμφὶ τὸν Δομίτιον αὐτὸν ἦσαν ἱππέων ἶλαι τέσσαρες, vgl. Marq. 3, 2, 307. — *et* wäre: ausserdem, dazu noch. — *voluntate* etc., sie sind von dem Feldherrn in Sold genommen, vgl. c. 4, 3; Appian erwähnt dieselben nicht. — *hi* hat nur die Mz. Hs., *relicti* konnte, besonders da *qui* vorausgeht, auch nach *milia* eintreten, s. c. 40, 1; 10, 34, 3. — *XVI eleph.*, s. 33, 8, 3. — *praeterq. quod* etc. schliesst den Gedanken ein: *non modo plures sustinere non videbantur posse*, darauf bezieht sich *ne — quidem*, vgl. Cic. Div. 2, 12, 28. — *pari num.*, bei gleicher. — *Africi*, s. c. 42, 5; 21, 22, 2: *Africis praesidiis*. — *robore anim.*, 7, 7, 9: *pari corporum animorumque robore*; 9, 17, 13; 23, 26, 11; an u. St. ist *animi* auf die Thiere übertragen, App.: δεδίασι δ' οἱ σμικρότεροι τοὺς μείζονας.

40. 1—4. *varia magis*, im höheren Grade, vielmehr, Gegensatz zu c. 39, 7: *unius prope formae*, vgl. 35, 49, 1: *magis*. — *dissimilit.* etc. bestimmt *multis gent.* näher, da diese gleiche Waffen hätten haben können. — *decem e. sex.*, 33, 4, 4. — *more Mac.*, 36, 18, 2; App.: ἐς τὸν Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου τρόπον ἔτι κοσμούμενοι. — *fuere*, waren da, vgl. 26, 27, 4; 3, 26, 11. — *in fronte*, ist der Gegensatz zu *a fronte introrsus*, in die Tiefe, hinter einander, also: in der Breite, vgl. Horat. Sat. 1, 8, 12: *mille pedes in fronte — dabat*; die Zwischenräume reichten natürlich bis an das Ende der Phalanx, durch die ganze Aufstellung; App.: διελὼν ἀνὰ χιλίους καὶ ἑξακοσίους ἐς δέκα μέρη, καὶ τούτων ἑκάστου μέρους ἦσαν ἐπὶ μὲν τοῦ μετώπου πεντήκοντα ἄνδρες, weshalb Heusinger nach Crevier lesen will: *fuit (quingentorum) in fronte, in decem*, was jedoch nicht nöthig scheint. — *decem*, es sind die τάξεις der Phalanx, s. Arrian. de exp. Al. 1, 6, 6; 2, 4, 3; 5, 29, 1 u. a. — *binis*, vgl. c. 42, 5, dagegen App.: ἐς δὲ τὰ πλευρὰ ἑκατέρου μέρους ἐλέφαντας δύο καὶ εἴκοσι. — *distingueb.* n. *rex*, vgl.

3 duos et triginta ordines armatorum acies patebat. hoc et roboris in regiis copiis erat et perinde cum alia specie tum eminentibus tantum inter armatos elephantis magnum terrorem praebebat.
4 ingentes ipsi erant; addebant speciem frontalia et cristae et tergo impositae turres turribusque superstantes praeter rectorem qua-
5 terni armati. ad latus dextrum phalangitarum mille et quingentos Gallograecorum pedites opposuit. his tria milia equitum loricatorum — cataphractos ipsi appellant — adiunxit. addita his
6 ala mille ferme equitum; agema eam vocabant; Medi erant, lecti viri, et eiusdem regionis mixti multarum gentium equites. continens his grex sedecim elephantorum est oppositus in subsidiis.
7 ab eadem parte, paulum producto cornu, regia cohors erat; ar-
8 gyraspides a genere armorum appellabantur; Dahae deinde, equi-

42, 58, 6; Crev. verm. *interpositi bini elephanti distinguebant.* — *duos et tr.*, die Zahl der Glieder ist verdoppelt, gewöhnlich stehen 16 Glieder hinter einander, s. Polyb. 18, 13: *ἐφ ἑκκαίδεκα τὸ βάθος οὖσαν*, vgl. ib. 12, 19; Curt. 3, 24, 12; über die Verdoppelung sagt App. c. 32: *δοκεῖ τὴν ἐλπίδα λαβεῖν ἐν τοῖς ἱππεῦσιν, οὓς πολλοὺς ἔστησεν ἐπὶ τοῦ μετώπου, τὴν δὲ φάλαγγα πυκνὴν ἐς ὀλίγον συναγαγεῖν ἀπειροπολέμως, ᾗ δὴ μάλιστα ἔδει θαρρεῖν πάνυ ἠσκημένῃ.* — *in — pat.*, wie *in longitudinem patet* u. ä., 24, 3, 1; 38, 59, 6. — *hoc — rob.*, das war an Kerntruppen, das waren die Kerntruppen u. s. w., vgl. 27, 14, 5; 28, 2, 4: *id ferme roboris erat*, 33, 8, 7. — *perinde*, dem entsprechend, dass sie die tüchtigsten waren, s. 3, 44, 2; 4, 37, 6. — *turres*, diese werden auch sonst erwähnt, s. Veget. 3, 24; App. sagt nur: *ἡ δ' ὄψις ἦν τῆς μὲν φάλαγγος οἷα τείχους, τῶν δ' ἐλεφάντων οἷον πύργων.*

5—7. *Gallogr. pedites*, sowol hier als § 10 haben die Hss. *pedites*, was gewöhnlich in *equites* verändert wird, weil App. sagt: *Γαλάται κατάφρακτοι*; allein, da er selbst die Galater und die *κατάφρακτος ἵππος* unterscheidet, L. aber erst § 13 *Gallograeci equites* nennt, die Zahl der Reiter, wenn man die a. u. St. und § 10 erwähnten hinzurechnet, gegen c. 37, 8, 14700 betragen würde, so ist wol eher bei Appian ein Fehler, bei L. nichts zu ändern, um so weniger, als sich so an die Phalanx Fusstruppen anschliessen, wie c. 42, 3 vorausgesetzt wird. — *agema*, 42, 58, 9: *agema quod vocant, sacraeque equitum alae*; Polyb. 31, 3: *τὸ καλούμενον ἄγημα, κράτιστον εἶναι δοκοῦν σύστημα τῶν ἱππέων*; Diod. 17, 56; Curt. 4, 50, 26; vgl. L. 42, 51, 4. — *eiusd. reg.*, in der Nähe von, um Medien. — *continens*, unmittelbar an, aber, da *in subsidiis* folgt, hinter ihnen, während die drei Reitergattungen wol neben einander stehen, *adiunxit. addita*, vgl. Appian., der die Elephanten nicht erwähnt. — *paul. prod. c.*, nicht *aequata fronte* wie c. 39, 9; oder die umgekehrte Stellung 22, 47, 5. — *regia coh.*, 43, 19, 11. — *argyrasp.*, Diod. 17, 56: *τὸ τῶν ἀργυρασπίδων πεζῶν τάγμα, διαφέρον τῇ τε τῶν ὅπλων λαμπρότητι* (mit Silberblech beschlagene Schilde) *καὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀρετῇ*; Curt. 4, 50, 28; aus *cohors* geht hervor, dass sie auch L. für Fussgänger hält; dagegen App.: *ἱππεῖς ἀργυράσπιδες.*

tes sagittarii, mille et ducenti; tum levis armatura trium milium,
pari ferme numero pars Cretenses pars Tralles. duo milia et
quingenti Mysi sagittarii his adiuncti erant. extremum cornu 9
claudebant quattuor milia mixti Cyrtii funditores et Elymaei sa-
gittarii. ab laevo cornu phalangitis adiuncti erant Gallograeci 10
pedites mille et quingenti et similiter his armati duo milia Cap-
padocum — ab Ariarathe missi erant regi —, inde auxiliares 11
mixti omnium generum duo milia septingenti et tria milia cata-
phractorum equitum et mille alii equites, regia ala, levioribus
tegumentis suis equorumque, alio haud dissimili habitu: Syri
plerique erant Phrygibus et Lydis immixti. ante hunc equitatum 12
falcatae quadrigae et cameli, quos appellant dromadas. his insi-
debant Arabes sagittarii, gladios tenuis habentes longos quaterna
cubita, ut ex tanta altitudine contingere hostem possent. inde 13
alia multitudo, par ei, quae in dextro cornu erat: primi Tarentini,
deinde Gallograecorum equitum duo milia et quingenti, inde Neo-
cretes mille et eodem armatu Cares et Cilices mille et quingenti

8—9. *Dahae*, c. 38, 3; App.: *ἱπποτοξόται*. — *Mysi*, 38, 39, 15. — *extrem. c. claud.* s. c. 39, 8: sie machten am äussersten Ende der Front den Schluss. — *mixti*, s. § 11; c. 39, 12; 42, 51, 8: *mixto generi hominum*; ib. 58, 8 vgl. 33, 4, 5. — *Cyrtii*, s. § 14; 42, 58, 13: *Cyrtiorum gentis*; Polyb. 5, 52; Strabo 11, 13, 3 p. 523: *οἱ ἐν τῇ Περσίδι Κύρτιοι καὶ Μάρδοι*, 15, 3, 2 p. 727. — *Elym.*, 35, 48.

10—12. *q. milia* vorangeh. Apposition. — *Cappadoc.*, s. Mommsen, 1, 756. — *auxiliares — milia sept.*, Z. § 116. — *regia al.*, Apposit. zu *alii equites*, es ist die, von der *cohors regia* § 7 unterschiedene, *ἵππος ἑταιρική*, s. Arrian. 5, 22, 6; 1, 20, 5; zu Curtius 5, 7, 3. — *leviorib.* etc., ablat. qualit., im Vergleich zu den *cataphracti*, App.: *ὡπλισμένη κούφως*. — *falc. quadr.*, c. 41, 6. — *cameli, quos*, von der Art der Kamele, welche u. s. w. — *gladios*, App.: *καὶ μαχαίραις, ὅτε πλησιάζοιεν, ἐπιμήκεσι καὶ στεναῖς χρῶνται.*

13. *par* etc., die Vergleichung zeigt, dass die Zahl grösser war, wie auch die Zahl der Fusstruppen und Reiter, die sich unmittelbar an die Phalanx anschliessen, bedeutender ist, s. § 10f., weil der rechte Flügel schon durch den Fluss gedeckt wurde. — *quae in dextro* etc., wahrscheinlich § 8 entsprechend; wie hier an die *cohors regia* sich die übrigen Truppen anschliessen, so an u. St. hinter den Wagen an die *ala regia*. — *Tarent.*, 35, 28, 8. — *Neocretes*, auch Polyb. 5, 3, 1; ib. 65, 7; 79, 10 unterscheidet dieselben von Kretern, doch ist zu bezweifeln, dass neu angeworbene Kreter so benannt worden seien; App. erwähnt nur Kreter. Derselbe bemerkt über die Schlachtordnung: *ὄψις τε ἦν ὥσπερ δύο στρατῶν, τοῦ μὲν ἀρχομένου πολεμεῖν, τοῦ δ' ἐφεδρεύοντος*; bei L. lässt sich diese Anordnung nicht erkennen, nur die Sichelwagen und Kamele stehen vor der Front, und der rechte Flügel ist nach dem Flusse zu, § 7, etwas vorgeschoben, sonst stehen alle nach c. 41, 8 in gleicher Linie.

14 et totidem Tralles et quattuor milia caetratorum: Pisidae erant et
Pamphylii et Lycii. tum Cyrtiorum et Elymaeorum paria in dex-
tro cornu locatis auxilia et sedecim elephanti modico intervallo
41 distantes. Rex ipse in dextro cornu erat; Seleucum filium et
Antipatrum fratris filium in laevo praeposuit; media acies tribus
permissa, Minnioni et Zeuxidi et Philippo, magistro elephan-
torum.
2 Nebula matutina, crescente die levata in nubes, caliginem
3 dedit; umor inde ab austro velut * perfudit omnia; quae nihil
admodum Romanis, eadem perincommoda regiis erant. nam et
obscuritas lucis in acie modica Romanis non adimebat in omnis
partes conspectum, et umor toto fere gravi armatu nihil gladios
4 aut pila hebetabat; regii tam lata acie ne ex medio quidem cornua
sua circumspicere poterant, nedum extremi inter se conspiceren-

41. *Seleuc.*, s. c. 18. — *fratris*, viell. des Seleucus Keraunos. — *in laevo*, s. 25, 15, 9; 27, 15, 15: *illo loco praepositus*; Voss will *in* entfernen. — *Minnioni*, bei App. heisst er Mendis und steht mit den beiden sogleich genannten an der Spitze der *πρόμαχοι*. Dass Hannibal nicht als Anführer thätig war, wird c. 59, 2 vorausgesetzt, aber 38, 58, 10 in einer Rede angenommen.

2—3. *nebula — dedit*, bewirkte, veranlasste — finstere Luft, vgl. 22, 30, 10; 10, 24, 13: *ignis — incendium daret*, s. Ov. Trist. 1, 86; Verg. 12, 301: *barba adusta — nidorem dedit*, s. Lucret. 6, 477: *quae* (*nebulae* etc.) *velut halitus, hinc ita sursum expressa feruntur, suffunduntque sua caelum caligine et altas sufficiunt nubes* etc., L. 41, 2, 4: *nebula matutina texerat inceptum, qua dilabente ad primum teporem solis, perlucens iam aliquid, incerta tamen, ut solet lux — frustrata — ostendit*; sonst entfernt der Nebel bei seinem Aufsteigen die Dunkelheit, s. 22, 4, 6; vgl. ib. 6, 9; 33, 7, 2; 9; dass L. an u. St. dieselbe fortdauernd gedacht habe, zeigt das folg. *obscuritas lucis* u. § 4. — *umor*, s. 4, 30, 7. — *ab austro vel.* ist wahrscheinlich verdorben oder lückenhaft, da *velut* nicht leicht nachgestellt wird, vgl. c. 54, 21; 19, 2, und nicht sowol eine Vergleichung des *umor* mit einem von dem *auster* bewirkten, als die Bezeichnung des *auster* selbst als Ursache der Feuchtigkeit erwartet wird und durch *ab* auch angedeutet ist; vielleicht ist nach *velut* das Verglichene ausgefallen, etwa *velut imber*, vgl. Front. l. l.; Lucret. 6, 494; Flor. 1, 24 (2, 8), 17, *ad hoc imbre, qui subito superfusus — arcus corruperat*; da die Mz. Hs. *in nubibus* hat. so verm. Madvig: *nebula — in nubibus sedit. caliginem humor i. ab austro secutus*, vgl. 22, 30, 10: *nubem, quae sedere in iugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.* — *nihil adm.*, s. 23, 46, 10; ib. 29, 14; dazu ist aus *perincommoda* zu denken *incommoda*, s. 2, 33, 2; Cic. Lael. 11, 39 f.; Rep. 1, 47: *si ne nunc quidem, tunc vero quis te possit esse florentior*, vgl. 38, 17, 19. — *obscur. luc.*, s. 24, 21, 7: *obscura luce.* — *toto — armatu*, da fast nur Schwerbewaffnete da waren. vgl. 26, 5, 3; anders c. 40, 13.

4—7. *circumspic.*, um sich blickend sehen, erkennen, s. 9, 28, 5: *urbis situ circumspecto*, vgl. 22, 13, 7: *cum regionem — circumspexisset*; Verg. 12, 896: *sa-*

tur, et umor arcus fundasque et iaculorum amenta emollierat.
falcatae quoque quadrigae, quibus se perturbaturum hostium aciem 5
Antiochus crediderat, in suos terrorem verterunt. armatae autem 6
in hunc maxime modum erant: cuspides circa temonem ab iugo
decem cubita exstantis velut cornua habebant, quibus quidquid
obvium daretur transfigerent, et in extremis iugis binae circa 7
eminebant falces, altera aequata iugo, altera inferior in terram
devexa, illa, ut quidquid ab latere obiceretur abscideret, haec, ut
prolapsos subeuntisque contingeret; item ab axibus rotarum
utrimque binae eodem modo diversae deligabantur falces. sic 8
armatas quadrigas, quia, si in extremo aut in medio locatae forent, per suos agendae erant, in prima acie, ut ante dictum est,
locaverat rex. quod ubi Eumenes vidit, haud ignarus pugnae, et 9
quam anceps esset auxilii genus, si quis pavorem magis equis iniceret, quam iusta adoriretur pugna, Cretenses sagittarios fundi-

xum circumspicit — *quod iacebat*; L. 10, 32, 6: *nebula erat — densa adeo, ut lucis usum eriperet, non prospectu modo extra vallum adempto, sed propinquo etiam congredientium inter se conspectu*; Madvig hält die Lesart einiger jüngerer Hss.: *conspicere,* für nothwendig. — *nedum*, s. 3, 14, 6: *nedum ut.* — *emollier.*, Frontin. l. l.: *arcus madentibus nervis inhabiles factos.* — *cuspides*, Curt. 4, 35, 5: *ex summo temone hastae praefixae ferro eminebant*; die Spiesse sind an beiden Enden (*circa*) der Deichsel an dem auf derselben festsitzenden Joche befestigt; Diodor 17, 53: *παρ᾽ ἑκάτερον τῶν σειροφόρων ἵππων ἐξέκειτο προσηλωμένα τῷ ζύγῳ ξῦστρα παραμήκη τρισπίθαμα*, also nur drei Spannen lang; dass sie L. wie Curtius länger gedacht habe, zeigt der Ausdruck *hastae,* die Zahl *decem cubita* scheint aber doch zu gross und ist wol verdorben; dagegen deutet *cornua* an, dass L. nur zwei Spiesse angenommen habe, *decem* also nicht auf *cusp.* bezogen und *cubito* gelesen werden kann. — *extr. iugo* steht *circa tem.* entgegen und bezeichnet die beiden Enden des Jochbalkens an beiden Seiten. — *aequata*: in gleicher Richtung und Höhe mit dem Joch; *iugo* an dem einzelnen Wagen, vorher *iugis*; im Folg. wird durch *in terr. dev. inferior* erklärt; diese Vorrichtung konnte nur einen Zweck haben, wenn nur zwei Pferde neben einander gingen, oder wenn vier, das Joch auch über die Nebenpferde reichte, s. Isid. Orig. 17, 35: *quadrigarum currus duplici temone olim erant perpetuoque et qui omnibus equis iniceretur iugo*; zu Veget. 3, 24; Diod. erwähnt nur zwei sicheltragende Pferde; Curtius *quadrigae falcatae.* — *abscid.*, abschneiden, nicht *abscinderet* abreissen, App. B. Mithrid. 18: *διέκοπτε καὶ διέτεμε.* — *subeunt.*, die sich (von unten) nähernden. — *conting.*, s. c. 40, 12, in *configeret* zu ändern ist wol nicht nöthig. — *ab axib.*, Diod. l. l.: *πρὸς ταῖς κατάκλεισι τῶν ἀξόνων ἐπ᾽ εὐθείας ἄλλα δύο*; Curt. 4, 35, 5. — *eod. m.*, die eine gerade aus, die andere nach unten.

8—10. *agend. er.*, damals hätten fahren müssen. — *pugnae*, die Kampfart, doch erwartet man eine nähere Bestimmung; wahrscheinlich ist, besonders da auch in der Bamb. Hs. *et* fehlt, etwas (*eius p.*?) ausgefallen,

toresque et iaculatores ** equitum non confertos sed quam maxime possent dispersos excurrere iubet et ex omnibus simul par-
10 tibus tela ingerere. haec velut procella partim vulneribus missilium undique coniectorum partim clamoribus dissonis ita consternavit equos, ut repente velut effrenati passim incerto cursu
3—6. *argenti*, wegen *pondo* und § 5 *vasorum* ist *infectum* zu denken. — *cistophori*, s. c. 46, 3; Andere lesen *cistophoros*. — *Philipp.*, 34, 52, 7, Mommsen Gesch. des röm. Münzwes. 52. Die Hss. haben wie es scheint alle *nummos aureos Philippeos*; nur in einigen fehlt *milia*, der Gebrauch von *milia* als Apposition, c. 40, 9, oder als indeclinables Adjectiv findet sich so oft, dass die Stellen nicht wol alle geändert werden können, s. 38, 38, 13; 39, 5, 14; Varro L. L. 6, 38: *ex mille ad quinquagies centum milia discrimina fieri possunt*; ib. § 36; Caes. B. C. 2, 18, 4; Curt. 3, 23, 2; 9, 13, 21; monum. Ancyr. 2: *civium romanorum censa sunt capita quadragiens centum millia et sexaginta tria millia*, s. Roth in Kritische Biblioth. von Jahn und Klotz 12 Bd. S. 364 ff.; Gron. verm. *Philippeorum*; Madvig *Philippeorum* * *milia centum quadr.* Die Vergleichung mit den Summen 34, 52; u. 39, 7 kann, da dieselben in einzelnen Punkten weit auseinandergehen, nicht entscheiden. — *vasor.*, s. 26, 21, 8; Plin. 33, 11, 148: *L. Scipio in triumpho transtulit argenti caelati pondo MCCCC et vasorum aureorum pondo MD*, so dass man vermuthen könnte, nach *aureo. mille* sei *D* ausgefallen. — *purpur.*, 32, 39, 8. — *denarii* werden hier zum erstenmale als Geschenk an die Soldaten erwähnt, vorher immer Asse, s. Mommsen Gesch. d. röm. Münzw. 382. — *dati*, da das Heer in Asien geblieben ist, s. c. 50, 2, so kann nur die Bestimmung gemeint sein, dass die Summen gegeben werden sollen. — *stipend.*, dieses wird jährlich, s. 5, 4, 7; das Getreide monatlich, beides jetzt doppelt gegeben, s. Marq. 3, 2, 75. — *proelio* etc., der Satz ist nicht passend verbunden, wahrscheinlich ist *duplex* verschrieben, Madvig verm. hier oder im vorhergeh. Satze statt *duplex triplex*, Crevier vermisst *quoque* oder *iam*. — *proel. f.*, 27, 33, 5; 39, 2, 1. — *anno f. p.*, nach § 2 nur 15 Tage vor Ablauf des Jahres, da die Consuln damals noch d. 15. März ihr Amt antraten.

60. Verhältnisse in Kreta und Thracien.

1—3. *Eodem* bezieht sich auf *et* — *et*, und *ceterum* ist nicht ohne Rücksicht auf *eodem* gesetzt: zu gleicher Zeit wol, aber unter verschiedenen Verhältnissen. — *cum Gall. b. mat.*, zu einem Kriege, nämlich

tiocho. cogitanti Q. Fabio cui rei potissimum insisteret, ne otiosam provinciam habuisse videri posset, optimum visum est in
Cretam insulam traicere. Cydoniatae bellum adversus Gortynios 3
Gnosiosque gerebant, et captivorum Romanorum atque Italici generis magnus numerus in servitute esse per totam insulam
dicebatur. classe ab Epheso profectus cum primum Cretae litus 4
attigit, nuntios circa civitates misit, ut armis absisterent captivosque in suis quaeque urbibus agrisque conquisitos reducerent et legatos mitterent ad se, cum quibus de rebus ad Cretensis pariter Romanosque pertinentibus ageret. nihil magnopere ea Cre- 5
tenses moverunt; captivos praeter Gortynios nulli reddiderunt.
Valerius Antias ad quattuor milia captivorum, quia belli minas 6
timuerint, ex tota insula reddita scripsit; eamque causam Fabio, cum rem nullam aliam gessisset, triumphi navalis impetrandi ab
senatu fuisse. a Creta Ephesum Fabius redit; inde tribus navi- 7
bus in Thraciae oram missis ab Aeno et Maronia praesidia Antiochi deduci iussit, ut in libertate eae civitates essent.

mit den Gall. — *cogitanti* wie § 4 *classe* ohne Verbindung, weil die Sache nur im Vorübergehen berührt werden soll. — *insister.*, 5, 16, 10: *insiste muris*; Tac. H. 2, 46: *insistere spei*, vgl. 37, 7, 8. — *otiosam*, 40, 35, 1. — *Cydon.*, Cydonia an der Nordwestküste der Insel, eine der mächtigsten Städte der Insel und oft mit anderen in Krieg verwickelt, s. Polyb. 4, 55; 23, 15; 27, 16; 28, 13; Plin. 15, 9, 37: *mala — cydonea* (Quitten) *ex Creta insula advecta.* — *Gortyn.*, 33, 3, 10; *Gnos.*, dieses nördlich an der Küste, jenes südlich von diesem; beide Städte sind auch Hom. Il. 2, 646; Polyb. 4, 53 verbunden. — *captiv.*, wahrscheinlich noch aus dem punischen, s. 34, 50, und aus dem macedonischen Kriege.

4. *civitates*, die einzelne *civitas* kann als Mittelpunkt mehrere *urbes* umfassen, daher *in suis q. urbibus.* — *nihil magnop.*, s. 1, 17, 1. — *ad quatt. mil.*, L. scheint die Zahl sonst nicht gefunden zu haben und für zu gross zu halten. — *timuerint*, das hds. *timuerunt* scheint, da L. die ganze Sache zweifelnd erzählt, nicht passend zu sein. — *triumphi naval.*, diesen hat L., obgleich derselbe in den Triumphalfasten verzeichnet war, nicht erwähnt, setzt ihn aber 38, 47, 5, obwol in einer Rede, nicht lange vor der Rückkehr des Manlius, natürlich als nach dem 38, 39, 2 erwähnten Zeitpunkte gehalten, voraus. Auf diesen Seetriumph beziehen sich von einem Q. Fabius geschlagene Münzen, welche als Gepräge eine quadriga mit Iuppiter und unter den Pferden einen Schiffsschnabel haben, s. Mommsen d. Münzwes. 541 f. — *Aeno et Maron.*, Antiochus scheint diese Städte nach dem Abzuge Philipps s. 31, 16, 4, in Besitz genommen, beim Aufgeben des Chersones, s. c. 31, 1, nicht geräumt, Scipio c. 33, 1 nur das Gebiet derselben berührt zu haben. Erst nach diesen Zügen hat wol Fabius den 38, 39, 2 erwähnten Auftrag erhalten. — *in liber.* = *liberae*, sie scheinen nicht zu den 38, 39, 14 genannten gerechnet zu werden.

TITI LIVI
AB URBE CONDITA
LIBER XXXVIII.

1 Dum in Asia bellum geritur, ne in Aetolia quidem res quie-
2 tae fuerant, principio a gente Athamanum orto. Athamania ea
tempestate pulso Amynandro sub praefectis Philippi regio tene-
batur praesidio, qui superbo atque immodico imperio desiderium
3 Amynandri fecerant. exulanti tum Amynandro in Aetolia litteris
suorum, indicantium statum Athamaniae, spes recuperandi regni
4 facta est. remissique ab eo nuntiant principibus Argitheam —
id enim caput Athamaniae erat —, si popularium animos satis
perspectos haberet, impetrato ab Aetolis auxilio in Athamaniam
se venturum cum Aetolorum delectis, quod consilium est gentis,
5 et Nicandro praetore. quos ubi ad omnia paratos esse vidit, cer-
tiores subinde facit, quo die cum exercitu Athamaniam ingressu-
6 rus esset. quattuor primo fuerunt coniurati adversus Macedo-

1—3. Verhältnisse in Aetolien. Polyb. 22, 8. Iustin. 32, 1.

1—4. *Dum — ne — quidem* wie 35, 51, 10: *cum — ne — quidem*; *fuerant*, die Ereignisse gehören noch in das vorhergeh. Jahr, s. c. 3, 1; 6; 37, 49, 6. — *pulso*, 36, 14, 9. — *Phil.*, 36, 33, 7; ib. c. 34, 9. — *exul.*, 36, 28, 3. — *remissiq.*, bei *literis* ist vorausgesetzt, dass ihm das Schreiben durch sichere Leute überbracht ist, diese schickt er mit einer mündlichen Botschaft zurück, vgl 24, 6, 2: *remissi — nuntiant*; 23, 27, 4; schwieriger wäre die Lesart der Mz. Hs. *remissique nuntii a. e. ad principes.* — *Argith.*, am Achelous, wahrscheinlich das j. Knisowo. — *haberet — ventur.*, Amynander. — *impetrato — auxil.* ist in Bezug auf *venturum*: wenn er — haben würde; die folg. Worte sind nicht sicher, da die Mz. Hs. *cum delectis Aetolorum*, alle übrig. nur *delectis* haben; es lässt sich daher nicht bestimmen, ob die Apokleten 36, 28, 8 oder wie 35, 45, 9 ein Ausschuss derselben gemeint war. — *quod — est* ist wol zu lesen statt *quod — esset*, da den Athamanen dieses wol bekannt war, und *gentis* nur von den Aetolern, nicht von den Athamanen verstanden werden kann. — *Nicandr.*, 36, 29; dass der Strateg die ätol. Truppen führte, ist natürlich und geht aus c. 3, 3; 4 hervor, wo Amynander nicht thätig ist.

5—8. *quos* bezieht sich schwerlich auf die Aetoler, sondern geht auf *popularium* zurück, auf jene bezogen, müssten diese nothwendig bei *certiores s. facit* irgend wie bezeichnet sein; auf die Athamanen dagegen, enthalten die Worte die Bestätigung von § 4: *si — haberet*, worauf es Amynander am meisten ankommen musste; dass die Aetoler eingewilligt haben, konnte leicht vorausgesetzt werden, besonders da L. die Vorgänge kurz erzählt, vgl. c. 3, 1. Eine Lücke mit Madvig anzunehmen: *agit deinde cum delectis* ist wol nicht geboten. — *quattuor* etc. holt nach, wie sich die Athamanen in Bereit-

num praesidium. hi senos sibi adiutores ad rem gerendam adsumpserunt; dein paucitate parum freti, quae celandae rei quam agendae aptior erat, parem priori numerum adiecerunt. ita duo 7
et quinquaginta facti quadrifariam se diviserunt: pars una Heracleam, altera Tetraphyliam petit, ubi custodia regiae pecuniae esse solita erat, tertia Theudoriam, quarta Argitheam. ita inter 8
omnis convenit, ut primo quieti, velut ad privatam rem agendam venissent, in foro obversarentur, die certa multitudinem omnes convocarent ad praesidia Macedonum arcibus expellenda. ubi ea 9
dies advenit, et Amynander cum mille Aetolis in finibus erat, ex composito quattuor simul locis praesidia Macedonum expulsa, litteraeque in alias urbes passim dimissae, ut vindicarent sese ab impotenti dominatione Philippi et restituerent in patrium ac legitimum regnum. undique Macedones expelluntur. Theium 10
oppidum litteris a Xenone praefecto praesidii interceptis et arce ab regiis occupata paucos dies obsidentibus restitit, deinde id 11
quoque traditum Amynandro est, et omnis Athamania in potestate erat praeter Athenaeum castellum, finibus Macedoniae subiectum.

Philippus audita defectione Athamaniae cum sex milibus **2**
armatorum profectus ingenti celeritate Gomphos pervenit. ibi 2
relicta maiore parte exercitus — neque enim ad tanta itinera sufficerent — cum duobus milibus Athenaeum, quod unum a

schaft gesetzt haben. — *quadrif.*, 1, 43, 12: *quadrifariam urbe divisa.* — *Heraclea* in der Nähe des Aratthus; nördlich davon *Theudoria*, südlich von Argithea dagegen *Tetraphylia.* — *ubi* — *erat*, wahrscheinlich der athamanischen Könige, da Philippus seinen Schatz schwerlich in eine von seinem Reiche ferne, eben eroberte Stadt hat bringen lassen; *custodia*, die Aufbewahrung, 6, 1, 2: es war aufbewahrt worden. — *obvers.*, 34, 61, 4. — *omnes*, in den verschiedenen Städten, haben die meisten Hss., gewöhnlich wird *omnem* gelesen. — *convocar.*, dass sie zum Abfall auffordern sollen, ist nicht besonders bemerkt.

9—11. *sese* gehört auch zu *restituerent*, vgl. 2, 13, 3; 31, 31, 20: *restituendi vos in amicitiam fortuna*; 26, 24, 6. — *patrium* wäre hier: das, worauf man von dem Vater ein Recht hat, das von den Vätern überkommene, dem Volke angestammte, vgl. Tac. Ann. 1, 79: *patriis amnibus*; 15, 29: *patriis insignibus*, gewöhnlich aber wird es, wie Duker bemerkt, von den Fürsten gebraucht, welche ihr Reich von den Vätern erhalten, wie *paternus* c. 3, 2; 29, 30, 7; 30, 11, 1; früher wurde *Amynandrum restit.* gelesen, aber *Amynandr.* haben die Hss. nicht; *restituerent eum in*, was vermuthet wird, ist schwerlich zu billigen, da die Beziehung von *eum* unklar wäre. — *Theium.*, (oder *Thium*), nördlich von Argithea; das nachher erwähnte *Athenaeum* lag wahrscheinlich östlich davon und deckte die Strasse über den Cercetius nach Gomphi, vgl. 39, 25, 17. — *Xenon.*, 37, 44.

2. 1—8. *ad* — *sufficerent*, c.

3 praesidio suo retentum fuerat, pervenit. inde proximis temptatis cum facile animadvertisset cetera hostilia esse, Gomphos re-
4 gressus omnibus copiis simul in Athamaniam redit. Xenonem inde cum mille peditibus praemissum Ethopiam occupare iubet,
5 oportune Argitheae imminentem; quem ubi teneri ab suis locum vidit, ipse circa templum Iovis Acraei posuit castra. ibi unum diem foeda tempestate retentus, postero die ducere ad Argitheam
6 intendit. euntibus extemplo apparuere Athamanes in tumulos imminentis viae discurrentes. ad quorum conspectum constitere
7 prima signa, totoque agmine pavor et trepidatio erat, et pro se quisque quidnam futurum esset cogitare, si in valles subiectas
8 rupibus agmen foret demissum. haec tumultuatio regem cupientem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare primos et eadem, qua venerat, via referre coegit signa. Athamanes
9 primo ex intervallo quieti sequebantur; postquam Aetoli se con-
10 iunxerunt, hos, ut ab tergo agmini instarent, reliquerunt, ipsi ab lateribus se circumfuderunt, quidam per notas calles breviore via praegressi transitus insedere; tantumque tumultus Macedonibus est iniectum, ut fugae magis effusae quam itineris ordinati
11 modo multis armis virisque relictis flumen traiecerint. hic finis sequendi fuit. inde tuto Macedones Gomphos et a Gomphis in
12 Macedoniam redierunt. Athamanes Aetolique Ethopiam ad Xenonem ac mille Macedonas opprimendos undique concurrerunt.
13 Macedones parum loco freti ab Ethopia in altiorem deruptioremque undique tumulum concessere; quo pluribus ex locis aditu

8, 2; 3, 5, 1. — *proximis*, die nächsten Orte, wie *urbem*, *castra temptare*, doch ist an die Bewohner zu denken, vgl. 35, 47, 1. — *cetera*, ausser Athenaeum. — *Acraei*, ein wie bei anderen Göttern, der Here, 32, 23, 10; Tyche, Pausan. 2, 7, auch bei Zeus vorkommender Beiname, Callim. Hymn. in Iov. 82: *ἵζεο δ' αὐτὸς ἄκρῃς ἐν πτόλεσσιν*, vgl. Preller Griech. Mythol. 1, 92; 111. — *constitere* — *erat* — *cogitare*, s. 25, 29, 9; 1, 54, 10: *fuere* — *adimi* — *traditur*; 2, 53, 1 u. a. — *si se sequer.* scheint nicht sowohl die Bedingung zu *cupientem evadere* = *qui cuperet ev.* zu enthalten, da der König ohnehin den Wunsch hat, als zu einem aus dem Zusammenhange zu nehmenden Gedanken: und wenn —, es gewagt haben, rasch durchgezogen sein würde, oder = *si* —, *raptim, ut cupiebat, evasisset angustias.* — *evad. ang.*, s. 21, 32, 13; 39, 49, 3.

9—14. *se coniunx.* n. *iis*, vgl. 25, 35, 1; 22, 50, 5: *cum aeque coniungi possent*, u. a. — *not. calles*, es ist wol der Uebergang über den Cercetius, s. 32, 14, 1. — *transitus*, 37, 7, 13. — *flumen*, wahrscheinlich ist der aus dem jetzt Porta genannten Passe kommende Zufluss des Peneus gemeint; die Namen unbedeutender oder wenig bekannter Flüsse und Orte übergeht L. auch sonst ohne weitere Andeutung, s. 24, 41, 5; 25, 32, 9; ib. 33, 9, so dass es nicht nöthig ist eine Lücke anzunehmen. — *undiq.*, da sie sich zerstreut hatten, § 9. — *quo* hängt von

invento expulere eos Athamanes, dispersosque et per invia atque 14
ignotas rupes iter fugae non expedientis partim ceperunt partim
interfecerunt. multi pavore in derupta praecipitati, perpauci cum
Xenone ad regem evaserunt. postea per indutias sepeliendi cae-
sos potestas facta est. Amynander recuperato regno legatos et 3
Romam ad senatum et ad Scipiones in Asiam, Ephesi post ma-
gnum cum Antiocho proelium morantes, misit. pacem petebat 2
excusabatque sese, quod per Aetolos recuperasset paternum re-
gnum; Philippum incusabat.
Aetoli ex Athamania in Amphilochos profecti sunt et maio- 3
ris partis voluntate in ius dicionemque totam redegerunt gentem.
Amphilochia recepta — nam fuerat quondam Aetolorum — ea- 4
dem spe in Aperantiam transcenderunt; ea quoque magna ex
parte sine certamine in deditionem venit. Dolopes numquam
Aetolorum fuerant, Philippi erant: hi primo ad arma concurre- 5
runt; ceterum postquam Amphilochos cum Aetolis esse fugam-
que ex Athamania Philippi et caedem praesidii eius accepere, et
ipsi a Philippo ad Aetolos deficiunt. quibus circumiectis genti- 6
bus iam undique se a Macedonibus tutos credentibus esse Ae-
tolis fama adfertur Antiochum in Asia victum ab Romanis; nec
ita multo post legati ab Roma rediere sine spe pacis Fulvium-
que consulem nuntiantes cum exercitu iam traiecisse. his territi, 7

aditu ab — *in quem*, vgl. c. 56, 9. — *invia*, c. 20, 4: *ardua*; c. 23, 1; 31, 37, 11. — *praecip.*, s. 25, 16, 15; 36, 30, 4. — *postea*, späterhin, *postera die*, s. 2, 49, 2, wäre hier unpassend.

3. 1—2. *Ephesi*, 37, 45. — *per Aetol.*, ohne Hülfe der Römer, durch die Feinde derselben. — *Phil.*, den Phil. dagegen —, weil er sich des Landes bemächtigt hatte.

3—5. *Aetoli* etc. nach Polyb.: l. l.: *οἱ Αἰτωλοὶ νομίσαντες ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν πρὸς τὸ τὴν Ἀμφιλοχίαν καὶ τὴν Ἀπεραντίαν ἀνακτήσασθαι — ἀθροίσαντες Νικάνδρου τοῦ στρατηγοῦ πάνδημον στρατιὰν ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἀμφιλοχίαν* ist dieser Zug ganz verschieden von dem nach Athamanien; nach L. sind es die c. 2, 9 erwähnten 1000 Mann welche denselben ausführen. — *Amphil.*, an der Ostseite des ambrakischen Meerbusens. — *quondam*, s. 32, 34, 4, sie hatten bis zu dem 36, 33—35 angegebenen Zeitpunkte, also bis vor nicht ganz zwei Jahren, zum ätolischen Bunde gehört, ebenso Aperantia. — *in. dedit. ven.*, s. 9, 20, 4; 33, 37, 4, ist wie vorher *in ius dicion. redegerunt*, s. 33, 1, 1; 28, 21, 1, weniger streng von der Wiedervereinigung mit dem Bunde zu verstehen. — *Dolop.*, s. 36, 33, 7, erst seit dieser Zeit sind sie Philipp. unterworfen; man könnte daher *tum Phil. erant* erwarten. — *postq.* — *et ipsi*, wie 37, 44, 6: *cum — et ipsi*.

6—8. *a Macedonibus* hat L. zugesetzt, vgl. Polyb.: *δοκῶν* (*Νίκανδρος*) *ἠσφαλίσθαι τὰ κατὰ τὴν Αἰτωλίαν τοῖς προειρημένοις ἔθνεσι — τοῦ μηδένα* (so dass auch an die Römer gedacht werden kann) *δύνασθαι κακοποιεῖν τὴν χώραν αὐτῶν*. — *legati*, etc., 37, 49, 7; Polyb. 21, 3. — *sine s. p.*, Polyb.:

prius ab Rhodo et Athenis legationibus excitis, ut per auctoritatem earum civitatium suae preces nuper repudiatae faciliorem aditum ad senatum haberent, principes gentis ad temptandam
8 spem ultimam Romam miserunt, nihil, ne bellum haberent, priusquam paene in conspectu hostis erat, praemeditati.
9 Iam M. Fulvius Apolloniam exercitu traiecto cum Epirotarum principibus consultabat, unde bellum inciperet. Epirotis Ambraciam placebat adgredi, quae tum contribuerat se Aetolis:
10 sive ad tuendam eam venirent Aetoli, apertos circa campos ad dimicandum esse; sive detractarent certamen, oppugnationem
11 fore haud difficilem: nam et copiam in propinquo materiae ad aggeres excitandos et cetera opera esse, et Arethontem, navigabilem amnem, oportunum ad comportanda quae usui sint, praeter ipsa moenia fluere, et aestatem aptam rei gerendae adesse.
4 his persuaserunt, ut per Epirum duceret. Consuli ad Ambraciam advenienti magni operis oppugnatio visa est. Ambracia tumulo

πόλεμον ἀνήγγειλε. — *Rhod. et Ath.*, vgl. 37, 6f. — *nuper*, 37, 49, 7. — *princip.*, nach Polyb. Phaeneas, Alexander Isios u. a, sie wollen ungeachtet des 37, 49 ausgesprochenen Verbotes Zutritt zum Senate zu erlangen suchen. — *in consp.*, L. scheint übersehen zu haben, dass schon seit 3 Jahren ein Heer an der Grenze Aetoliens steht, s. 35, 24; 37, 50, 4. — *priusq.* — *praemedit.*, s. 40, 23, 6: *iam ante praemeditatis*; ib. 4, 13: *ante praecogitatum.*

3, 9—7. Belagerung von Ambracia. Polyb. 22, 9; Polyaen. 6, 17; Zonar. 9, 21.

9—11. *exercit. trad.*, es sind wol die 37, 50, 4 ausgehobenen Truppen, Polyb. c. 8: *τὴν* — *τῶν δυνάμεων διάβασιν ἐπ' αὐτούς.* Den Abgang des Fulvius von Rom, der vielleicht durch die Wahl der Censoren verzögert worden war, hat L. ebenso wenig berichtet als was Cicero erwähnt Tusc. 1, 2: *oratio Catonis* (er war Legat des Fulvius, s. c. 43, 2) *in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod is in provinciam poetas duxisset; duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium*, s. pr. Arch. 11, 27. — *Epirot.*, vgl. 36, 5; 35; Polyb.: *παραγενομένων ἐξ Ἠπείρου πρεσβευτῶν.* — *Ambrac.*, früher die Hauptstadt in dem Reiche des Pyrrhus, c. 9, 13, war es nach der Auflösung desselben an die Aetoler gekommen; darnach ist *tum* zu verstehen, obgleich L. an eine so lange Zeit nicht zu denken scheint. — *adgredi*, n. *Romanos.* — *contrib.*, s. 32, 19, 4; 42, 37, 9. — *sive* — *sive*, 36, 16, 9. — *excitand.*, 23, 37, 2. — *Arethontem*, auch c. 4, 3 deuten alle Hss. diesen Namen an, so dass wol anzunehmen ist, L. habe den Fluss so genannt, obgleich er selbst 43, 21, 9 den Namen *Arratus* braucht und auf Münzen und Inschriften *Ἄραθος* oder *Ἄραθθος* sich findet, ebenso bei Schriftstellern, s. Polyb. l. l.: *Ἄρατος*; bei Plin. 4, 1, 4: *Aratthus*; Strabo 7, 7, 6: *ὑπέρκειται δὲ αὕτη τοῦ μυχοῦ μικρόν· — παραρρεῖ δ' αὐτὴν ὁ Ἄρατθος ποταμὸς ἀνάπλουν ἔχων ἐκ θαλάττης εἰς αὐτὴν ὀλίγων σταδίων*, vgl. ib. 7, 7, 8 p. 327. — *ipsa*, unmittelbar an. — *aestat.*, in der Regenzeit wurde die Belagerung durch das Austreten des Flusses erschwert.

aspero subiecta est: Perranthem incolae vocant. urbs, qua mu- 2
rus vergit in campos et flumen, occidentem, arx, quae imposita
tumulo est, orientem spectat. amnis Aretho ex Athamania fluens 3
cadit in sinum maris ab nomine propinquae urbis Ambracium
appellatum. praeterquam quod hinc amnis munit, hinc tumuli, 4
muro quoque firmo saepta erat, patente in circuitu paulo am-
plius quattuor milia passuum. Fulvius bina a campo castra, mo- 5
dico inter se distantia intervallo, unum castellum loco edito contra
arcem obiecit. ea omnia vallo atque fossa ita iungere parat, ne 6
exitus inclusis ab urbe neve aditus foris ad auxilia intromittenda
esset. ad famam oppugnationis Ambraciae Stratum iam edicto Ni-
candri praetoris convenerant Aetoli. inde primo copiis omnibus ad 7
prohibendam obsidionem venire in animo fuerat; dein, postquam
urbem iam magna ex parte operibus saeptam viderunt, Epirota-
rum trans flumen loco plano castra posita esse, dividere copias
placuit. cum mille expeditis Eupolemus Ambraciam profectus 8
per nondum commissa inter se munimenta urbem intravit. Nican- 9
dro cum cetera manu primo Epirotarum castra nocte adgredi
consilium fuerat haud facili ab Romanis auxilio, quia flumen in-
tererat; dein periculosum inceptum ratus, ne qua sentirent Ro- 10
mani et regressus inde in tuto non esset, deterritus ab hoc con-
silio ad depopulandam Acarnaniam iter convertit. Consul iam **5**
munimentis, quibus saepienda urbs erat, iam operibus, quae ad-
movere muris parabat, perfectis quinque simul locis moenia est
adgressus. tria *opera* paribus intervallis faciliore aditu a campo 2

4. 1—4. *Perranth.*, der Name scheint sonst nicht vorzukommen. — *in camp.*, wie 35, 23, 8; *ad* 37, 56, 3 u. a. — *ex Atham.*, das hds. *ex Acarnania* ist ein Irrthum L's oder verschrieben; doch auch *Athamania* nicht genau, s. Strabo l. l.: *ἀρχόμενος ἐκ Τύμφης ὄρους* (nördlich von Lacmon 32, 13, 2) *καὶ τῆς Παρωραίας* etc. — *sinum*, den Meerbusen von Arta. — *tumul.*, § 1 Perranthem. — *in circuitu*, 24, 3, 1; Caes. B. G. 1, 21 u. a., die Bamb. Hs. hat *in circuitum*, wie c. 59, 6: *in longitudinem.*

5—10. *contra*, 37, 13, 8. — *ita — ne*, s. 22, 61, 5; 40, 15, 6; in der Bamb. Hs. fehlt *ita*, wie 25, 5, 10; 8, 33, 15, vgl. Cic. Fat. 13, 29. — *iungere*, wie 25, 22, 10: *continuare.* — *Strat.*, 36, 11, 6. — *edicto*, als Strateg kann er Aushebungen veranstalten. — *trans fl.*, nach Westen. — *commissa*, s. c. 7, 10; 39, 2, 10; Caes. 7, 22; Curt. 4, 10, 16: *moles, quae continenti urbem committeret*; wie vorher *iungere*; der Gegensatz ist *intermissa*, 24, 35, 8. — *in tuto*, 33, 8, 11: *in tuto receptus erat*; praef. 3; dagegen c. 6, 7: *tuto receptu.* — *ne — et — non*, wie sonst *ne — nec*, 2, 32, 10, aber mit Betonung der Negation, s. 35, 48, 9.

5. 1—2. *saepienda*, 33, 5, 6; 9, 2, 9; ib. 11, 3. — *opera* oder ein ähnliches Wort scheint nach *tria* ausgefallen, Polyb. 10: *τρία μὲν ἔργα κατὰ τὸ Πύρρειον προσῆγε διὰ τῶν ἐπιπέδων τόπων*; das *Pyrrheum* war wol ein Gebäude, das in

adversus Pyrrheum, quod vocant, admovit, unum e regione Aes-
3 culapii, unum adversus arcem. arietibus muros quatiebat; asse-
ribus falcatis detergebat pinnas. oppidanos primo et ad speciem
et ad ictus moenium cum terribili sonitu editos pavor ac trepi-
4 datio cepit; deinde, ut praeter spem stare muros viderunt, colle-
ctis rursus animis in arietes tollenonibus libramenta plumbi aut
saxorum stipitesve robustos incutiebant; falces, ancoris ferreis
iniectis in interiorem partem muri trahentes asserem, praefrin-
5 gebant; ad hoc eruptionibus et nocturnis in custodias operum
et diurnis in stationes ultro terrorem inferebant.
6 In hoc statu res ad Ambraciam cum essent, iam Aetoli a
populatione Acarnaniae Stratum redierant. inde Nicander prae-
tor spem nactus solvendae incepto forti obsidionis, Nicodamum
7 quendam cum Aetolis quingentis Ambraciam intromittit. noctem
certam tempusque etiam noctis constituit, quo et illi ab urbe
opera hostium, quae adversus Pyrrheum erant, adgrederentur,
et ipse ad castra Romana terrorem faceret, posse ratus ancipiti
8 tumultu et nocte augente pavorem memorabilem rem geri. et
Nicodamus intempesta nocte, cum alias custodias fefellisset, per
alias impetu constanti erupisset, superato brachio in urbem pe-
netrat, animique aliquantum ad omnia audenda et spei obsessis
adiecit et, simul constituta nox venit, ex composito repente opera

irgend einer Beziehung zu Pyrrhus stand, s. c. 9, 13, aber schwerlich das Grabdenkmal desselben, wie man nach Ovid. Ibis 305 annehmen könnte, s. Pausan. 1, 13, 7; 2, 21, 5; über die Form *Pyrrheum* s. 1, 48, 6: *Dianium*; 45, 16, 5: *Minervium*; im Folg.: *Aesculapium*, κατὰ τὸ Ἀσκληπεῖον.

3—5. *asserib.*, 30, 10, 16: *asseres ferreo unco praefixi*; Caes. B. G. 3, 14, 5; Pol.: τῶν δορυδρεπάνων ἀποσυρόντων τὰς ἐπάλξεις, um die Vertheidiger blos zu stellen. — *oppidanis — animis*, Pol. nur: ἐπιπληκτικὴν συνέβαινε γίγνεσθαι τοῖς ἔνδον τὴν τοῦ μέλλοντος προσδοκίαν. — *stare*, stehen bleiben, fest stehen, vgl. 2, 56, 11; 27, 1, 10. — *tollenon.*, s. 24, 34, 10. — *libram. pl.*, 42, 63, 4: *arietem libramento plumbi gravatum*. — *saxor.*, vgl. Aen. Tact. Poliorc. 32, 3: καὶ παρασκευάζεσθαι (δεῖ), ὅπως λίθος ἁμαξοπληθὴς ἀφιέμενος ἐμπίπτῃ καὶ συντρίβῃ τὸ τρύπανον. — ὅπως δὲ μὴ ἁμάρτῃ τοῦ τρυπάνου ὁ λίθος φερόμενος, καθέτην (ein Loth) χρὴ προαφίεσθαι καὶ ὅταν αὕτη πέσῃ ἐπὶ τὸ τρύπανον, εὐθὺ τὸν λίθον ἐπαφίεσθαι. — *robust.*, στύπη δρύινα. — *ancor. ferr.*, vgl. 30, 10, 16: *catenas*.

6—10. *in h. st.*, c. 8, 1. — *introm.* ist nach § 8 die Absicht. — *quingent.*, Pol.: πεντακοσίους ἱππεῖς. — *ad. cast.*, an, bei dem Lager. — *erupiss.*, s. 35, 11, 10; doch ist wahrscheinlich nach Crevier *perrupisset* zu lesen. — *brachio*, s. 31, 26, 8; 4, 9, 14; τὸν μεταξὺ χάρακα, den Verbindungswall zwischen den einzelnen Werken. — *obsess. adi.*, 37, 54, 11; 24, 31, 6. —

est adgressus. id inceptum conatu quam effectu gravius fuit, quia 9
nulla ab exteriore parte vis admota est, seu metu deterrito prae- 10
tore Aetolorum, seu quia potius visum est Amphilochis nuper
receptis ferre opem, quos Perseus Philippi filius, missus ad Do-
lopiam Amphilochosque recipiendos, summa vi oppugnabat. Tri- **6**
bus locis, sicut ante dictum est, ad Pyrrheum opera Romana
erant, quae omnia simul, sed nec apparatu nec vi simili, Aetoli
adgressi sunt. alii cum ardentibus facibus, alii stuppam picem- 2
que et malleolos ferentes, tota collucente flammis acie, advenere.
multos primo impetu custodes oppresserunt; dein, postquam 3
clamor tumultusque in castra est perlatus datumque a consule
signum, arma capiunt et omnibus portis ad opem ferendam effun-
duntur. uno in loco ferro ignique gesta res; a duobus irrito in- 4
cepto, cum temptassent magis quam inissent certamen, Aetoli
abscesserunt. atrox pugna in unum inclinaverat locum. ibi di- 5
versis partibus duo duces Eupolemus et Nicodamus pugnantis
hortabantur et prope certa fovebant spe iam Nicandrum ex com-
posito adfore et terga hostium invasurum. haec res aliquamdiu 6
animos pugnantium sustinuit; ceterum, postquam nullum ex
composito signum a suis accipiebant et crescere numerum ho-
stium cernebant, destituti segnius instare; postremo re omissa 7

effectu, Tac. H. 2, 76; *promptum effectu*; Ov. Met. 15, 329: *dispar effectu*; *gravius*, gewichtiger, bedeutungsvoller. — *Perseus,* 31, 28, 5. — *recipiend.* nach *receptis* wol ohne Absicht. — *oppugn.*, 37, 18, 2.

6. 1—5. *cum ard. fac.*, wie ἔχοντες, entspricht *ferentes*, s. 35, 27, 5; ib. 34, 7; 29, 19, 12; 9, 16, 3; Cic. Caec. 9, 25: *cum ferro invadere*; Vitruv. 2, 8, 4: *cum ansis ferreis — frontes vinctae sunt.* — *malleol.*, 42, 64, 3; Nonius p. 556: *malleoli, manipuli spartei pice contecti, qui incensi aut in muros aut in testudines iaciuntur.* — *colluc.*, 4, 33, 2: *multitudo facibus tota collucens*; Tac. Ann. 14, 30. — *castra,* die eine Strecke davon entfernt sind, c. 5, 7. — *capiunt,* die Soldaten im Lager. — *uno in l.*: nur an u. s. w., fehlt nur in der Bamb. Hs. und kann schwerlich vermisst werden, da die Beziehung von *duobus* auf das folg. *locum* sehr hart wäre; die Wiederholung § 5, s. § 6; 35, 27, 3; ib. 29, 2; 7, 22, 1 u. a., ist durch die eingeschobene Erklärung veranlasst, und konnte nicht wol fehlen, da die Art des Kampfes deutlicher geschildert werden soll. — *ferro igniq. pug.*, es kam wirklich zum Kampfe, wie der Gegensatz zeigt, nicht so dass der Nachdruck auf *ferro ign.* läge, an anderen Orten mit anderen Mitteln gekämpft worden wäre, zugleich wol mit Beziehung auf § 1: *nec — simili* etc. — *Eupol.*, c. 4, 8. — *fovebant,* auch dazu ist *pugnantis* Object, s. Tac. H. 3, 83; *populus hos rursus illos clamore et plausu fovebat*; Plin. Ep. 1, 14, 1; L. 40, 5, 5: *fovendam spem.*

6—9. *ex compos.* gehört nicht zu *nullum*, sondern ist kurz gesagt statt: als sie das Zeichen, das nach der Verabredung, s. 25, 9, 10, gegeben werden sollte, nicht bekamen, s. c. 22, 2. — *destit.*, Preis

iam vix tuto receptu fugientes in urbem compelluntur, parte operum incensa et pluribus aliquanto, quam ipsi ceciderant, interfectis. quodsi ex composito acta res fuisset, haud dubium erat expugnari una utique parte opera cum magna caede hostium
8 potuisse. Ambracienses quique intus erant Aetoli non ab eius solum noctis incepto recessere, sed in reliquum quoque tempus
9 velut proditi ab suis segniores ad pericula erant. iam nemo eruptionibus, ut ante, in stationes hostium, sed dispositi per muros et turres ex tuto pugnabant.

7 Perseus ubi adesse Aetolos audivit, omissa obsidione urbis, quam oppugnabat, depopulatus tantum agros Amphilochia excessit atque in Macedoniam redit. et Aetolos inde avocavit popu-
2 latio maritumae orae. Pleuratus, Illyriorum rex, cum sexaginta lembis Corinthium sinum invectus adiunctis Achaeorum quae
3 Patris erant navibusorituma Aetoliae vastabat. adversus quos mille Aetoli missi, quacumque se classis circumegerat per litorum
4 amfractus, brevioribus semitis occurrebant. et Romani ad Ambraciam pluribus locis quatiendo arietibus muros aliquantum
5 urbis nudaverant, nec tamen penetrare in urbem poterant: nam et pari celeritate novus pro diruto murus obiciebatur, et armati
6 ruinis superstantes instar munimenti erant. itaque cum aperta vi parum procederet consuli res, cuniculum occultum vineis ante contecto loco agere instituit. et aliquamdiu, cum dies noctesque in opere essent, non solum sub terra fodientes sed egerentes
7 etiam humum fefellere hostem. cumulus repente terrae eminens

gegeben, s. 30, 44, 10; 23, 10, 5. — *ipsi*, als ihrer selbst waren, die, von ihnen selbst, vgl. 35, 30, 6; 32, 16, 11. — *intus er.*, s. 31, 46, 14; 32, 23, 4 u. a. — *eius noctis* ist so vorangestellt, als ob folgen sollte *reliquarum noctium*, dafür aber ein weiterer Begriff eingesetzt, vgl. 28, 37, 6; 31, 45, 13. — *velut prod.*, 33, 1, 7. — *sed*, sondern nur.

7. 1—3. *urbis*, s. c. 2, 10: *flumen.* — *Pleur.*, 33, 34, 11. — *sinum inv.*, 35, 39, 5 u. a. — *Patris*, 35, 26. — *quacumq.*, 1, 27, 6. — *circumeg.*, 37, 16, 4. — *amfract.*, so dass sie nach den Krümmungen des Ufers viele Umwege machen musste.

4—7. *et Rom.* ist freier an die bereits asyndetisch aufgeführten Subjecte angeknüpft. — *aliquant. urb.*, c. 5, 8; 41, 16, 9. — *pari celer.*, ohne deutliche Beziehung, Polyb. sagt nur: *διὰ τὸ τοὺς ἔνδον ἀντοικοδομεῖν καὶ μάχεσθαι γενναίως.* — *novus*, vgl. 35, 31, 10. — *instar. mun.*, 21, 8, 8; 32, 17, 13. — *cunic. occult.*, 37, 53, 8. — *vineis — loco*, deutlicher Polyb.: *ἀσφαλισάμενοι τὸ μέσον ἔργον τῶν τριῶν — καὶ σκεπάσαντες ἐπιμελῶς τοῖς γέρροις προεβάλοντο στοὰν* (*porticus* Caes. B. C. 2, 2) *παράλληλον τῷ τείχει ἐπὶ δύο πλέθρα, καὶ λαβόντες ἀρχὴν ἐκ ταύτης ὤρυττον.* — *non — fodientes* von L. zugesetzt, Polyb. nur: *ἐλάνθανον τοὺς ἔνδον φέροντες ἔξω τὸν χοῦν*, was allein für das Folg. von Bedeutung war; ebenso

index operis oppidanis fuit, pavidique, ne iam subrutis muris
facta in urbem via esset, fossam intra murum e regione eius
operis, quod vineis contectum erat, ducere instituunt. cuius ubi 8
ad tantam altitudinem, quantae esse solum infimum cuniculi
poterat, pervenerunt, silentio facto pluribus locis aure admota
sonitum fodientium captabant. quem ubi acceperunt, aperiunt 9
rectam in cuniculum viam. nec fuit magni operis: momento
enim ad inane suspenso furculis ab hostibus muro pervenerunt.
ibi commissis operibus cum e fossa in cuniculum pateret iter, 10
primo ipsis ferramentis, quibus in opere usi erant, deinde cele-
riter armati etiam subeuntes occultam sub terra ediderunt pu-
gnam; segnior deinde ea facta est intersaepientibus cuniculum,
ubi vellent, nunc ciliciis praetentis nunc foribus raptim obiectis.
nova etiam haud magni operis adversus eos, qui in cuniculo erant, 11
excogitata res. dolium a fundo pertusum, qua fistula modica in-

ist *repente* zugesetzt. — *index*, s. 36, 24, 6. — *pavidi, ne*, 39, 16, 6; 35, 31, 1: *solliciti, ne.* — *facta — via*, 37, 11, 10. — *e reg. ei. oper.*, *παράλληλον τῷ τείχει καὶ τῇ στοᾷ τῇ πρὸ τῶν πύργων.*

8—9. *cuius ad t. alt. — perven.*, eine eigenthümliche Verbindung: zu einer Tiefe, die er haben sollte, für, mit demselben, weil im Folg. eine bestimmte Tiefe (*βάθος ἱκανόν*) vorausgesetzt wird. — *aure adm.*, Polyb.: *ἑξῆς ἔθηκαν παρὰ τὸν ἕνα τοῖχον τῆς τάφρου ἐγγὺς τῷ τείχει χαλκώματα συνεχῆ, λεπτότατα ταῖς παρασκευαῖς — καὶ παρὰ ταῦτα διὰ τῆς τάφρου παριόντες ἠκροῶντο τοῦ ψόφου τῶν ὀρυττόντων ἔσωθεν*; L. hat nur *ἠκροῶντο* ausgedrückt, und deshalb ist wol nicht *aere admoto*, wie vermuthet wird, zu lesen; er würde dieses deutlicher gesagt haben, vgl. Herod. 4, 200; Aeneas Poliorcet. 37. — *rectam*, nicht in der Richtung wie vorher, sondern gerade nach der Mauer zu. — *momento*, 37, 41, 11; 3, 70, 13; ib. 63, 1 u. a. — *inane*, die Mine, deutlicher Polyb.: *διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους μὴ μόνον ἀφῖχθαι πρὸς τὸ τεῖχος ὑπὸ γῆς, ἀλλὰ καὶ διεστυλωκέναι τόπον ἱκανὸν τοῦ τείχους* etc., L. hat *διεστυλωκέναι* durch *suspenso — muro* wiedergegeben; über *διαστυλοῦν* sagt Apollodor. in den Poliorcet. p. 17: *ἵνα δὲ μὴ ἐπισυμπέσῃ τοῖς ἐργαζομένοις τὸ τεῖχος ὑπὸ χειρός, στυλώμασιν ἐρειδέσθω πυκνοῖς μᾶλλον καὶ λεπτοῖς καὶ μὴ παχέσι*, weshalb bei L. wol passender *furculis* gelesen wird als *fulturis*, obgleich auch dieses an sich nur Stützen, nicht starke Stützen bezeichnet.

10. *commiss.*, c. 4, 7. — *ferram.*, 1, 40, 5; *celeriter* hat L. zugesetzt; Polyb.: *τὸ μὲν πρῶτον ἐμάχοντο ταῖς σαρίσσαις ὑπὸ γῆν*, doch hat L. schwerlich *sub terram* geschrieben, wie die Hss. haben, sondern *sub terra* wie § 6, oder *subter terram*, anders ist 1, 56, 2. — *segnior*, dass sie heftig gewesen sei, wird nur vorausgesetzt. — *ciliciis — foribus*, *διὰ τὸ προβάλλεσθαι θυρεοὺς καὶ γέρρα*, Veget. 4, 6: *saga ciliciaque tenduntur, quae impetum excipiant sagittarum.*

11—13. *dolium* etc., *πίθον — ἁρμοστὸν κατὰ τὸ πλάτος τῷ μετάλλῳ τρυπῆσαι* (*pertusum*) *τὸν πυθμένα.* — *modicum*, Polyb.: *αὐλίσκον — ἴσον τῷ τεύχει*, sie

seri posset, et ferream fistulam operculumque dolii ferreum, et ipsum pluribus locis perforatum, fecerunt. hoc tenui pluma
12 completum dolium ore in cuniculum verso posuerunt. per operculi foramina praelongae hastae, quas sarisas vocant, ad summovendos hostes eminebant. scintillam levem ignis inditam plumae
13 folle fabrili ad caput fistulae imposito flando accenderunt. inde non solum magna vis fumi sed acrior etiam foedo quodam nidore ex adusta pluma cum totum cuniculum complesset, vix durare quisquam intus poterat.

8 Cum in hoc statu ad Ambraciam res esset, legati ab Aetolis Phaeneas et Damoteles cum liberis mandatis decreto gentis ad
2 consulem venerunt. nam praetor eorum, cum alia parte Ambraciam oppugnari cerneret, alia infestam oram navibus hostium esse, alia Amphilochos Dolopiamque a Macedonibus vastari, nec Aetolos ad tria simul diversa bella occursantis sufficere, convocato concilio Aetolos principes, quid agendum esset, consuluit.

musste bis fast an das Ende des Fasses reichen. — *et ipsum* könnte auch zu *ferreum* gehören, *et ipse* wäre dann nachgestellt wie 27, 27, 7; 31, 24, 15. — *fecerunt* ist frei auch auf *pertusum* u. *perforatum* bezogen statt *pertuderunt* — *perforarunt*, die Wiederholung vor *fistula* — *fistulam* hat Polyb. vermieden. — *ore*, die dem *fundus* entgegengesetzte Seite. — *per operc. foramina*, bei Polyb. sind neben den Löchern, durch die der Rauch abziehen soll, *τρήματα δύο ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, δι᾽ ὧν διωθοῦντες τὰς σαρίσσας οὐκ ἐάσουσι προσιέναι — τοὺς ὑπεναντίους*, L. scheint diese nicht so genau von den ersteren geschieden zu haben; Andere vermuthen, dass *foramina bina* zu lesen sei, was aber die Sache nicht viel deutlicher machen und mit Polyb. nicht ganz in Uebereinstimmung bringen würde. — *quas s. v.*, 36, 18, 2. — *folle fabr.*, Polyaen., *χαλκευτικὸν ἀσκὸν προσαρμόσαντες*. — *caput*, was vorher *ore* hiess. — *flando* etc., Polyb.: *φυσᾶν ἐνεργῶς τὸ πρὸς τῷ στόματι πῦρ ἐν τοῖς πτίλοις ἐγκείμενον, κατὰ τοσοῦτον ἐπαγομένους ἀεὶ τὸν αὐλὸν ἐκτὸς*, (nach dem Boden des Fasses zu) *καθ᾽ ὅσον ἐκκάηται τὰ πτίλα*. — *acrior* gehört auch zu *vis* und ist durch *foed. q. n.* genauer bestimmt, Polyb.: *τῇ δριμύτητι διαφέρον*; der Comparativ steht in Bezug auf *magna*, schon durch die grosse Menge, aber noch lästiger, beissender. — *nidor*, der übelriechende Qualm von verbrannten oder gekochten Gegenständen, Knochen, Haaren, Speisen. — *totum* etc., *φέρεσθαι πᾶν εἰς τὸ τῶν πολεμίων ὄρυγμα*.

8. 1—5. *cum in h. s. e.*, eine mehrfach gebrauchte Uebergangsform, s. c. 5, 6; 35, 8, 1, vgl. 33, 21, 6; 34, 22, 4 u. a. — *ab Aetol.* gehört zu *legati*, 37, 45, 4; 9, 20, 1 u. a. — *Phaeneas* — *Damot.*, die frühere Gesandtschaft, c. 3, 7, ist nicht nach Rom gekommen, s. Polyb. 22, 9. — *occursantis*, wie sonst *occurrere ad opem ferendam* u. a., s. 37, 32, 3; 36, 24, 2; anders c. 40, 12. — *concil.*, da § 1 ein *decretum gentis*, nach dem die Gesandten mit unbeschränkter Vollmacht kommen, erwähnt ist, so kann hier nur eine allgemeine Bundesversamm-

omnium eo sententiae decurrerunt, ut pax, si posset, aequis, si 3
minus, tolerandis condicionibus peteretur: Antiochi fiducia bellum susceptum; Antiocho terra marique superato et prope extra 4
orbem terrae ultra iuga Tauri exacto quam spem esse sustinendi belli? Phaeneas et Damoteles quod e re Aetolorum, ut in tali 5
casu, fideque sua esse censerent, agerent: quod enim sibi consilium aut cuius rei electionem a fortuna relictam? cum his man- 6
datis legati missi orare consulem, ut parceret urbi, misereretur gentis quondam sociae, nolle dicere iniuriis, miseriis certe coactae insanire; non plus mali meritos Aetolos Antiochi bello quam boni 7
ante, cum adversus Philippum bellatum sit, fecisse; nec tum large gratiam relatam sibi, nec nunc immodice poenam iniungi debere. ad ea consul respondit magis saepe quam vere umquam Aetolos pacem petere. imitarentur Antiochum in petenda pace, quem in bellum traxissent; non paucis urbibus eum, de quarum libertate 8
certatum sit, sed omni Asia cis Taurum montem, opimo regno, excessisse. Aetolos nisi inermes de pace agentes non auditurum 9
se; arma illis prius equosque omnis tradendos esse, deinde mille 10
talentum argenti populo Romano dandum, cuius summae dimidium praesens numeretur, si pacem habere vellent. ad ea adiecturum etiam in foedus esse, ut eosdem quos populus Romanus amicos atque hostis habeant. Adversus quae legati, et quia gra- **9**
via erant, et quia suorum animos indomitos ac mutabiles noverant, nullo reddito responso domum regressi sunt, ut etiam atque etiam, quid agendum esset, re integra praetorem et principes

lung gemeint sein, wenn auch nur die principes befragt werden, s. c. 9, 10; 11, 2, oder es ist der Beschluss der Apokleten gemeint, welcher der allgemeinen Versammlung vorgelegt wird, s. c. 10, 2; 36, 28, 9. — *Aetoli pr.*, s. c. 10, 1; 25, 11, 12: *Tarentini principes*; doch ist *Aetolos* nicht sicher. — *decurrer.* von den Personen übergetragen, 26, 18, 4: *eo decursum est.* — *tolerandis,* Adjectiv, vgl. 23, 28, 8. — *extra orb.*, c. 24, 6. — *e re — fideq. s.*, wie in römischen Verhältnissen, 25, 7, 4. — *ut in tali c.*, 25, 19, 15.

6—10. *insanire*, 30, 13, 10. — *cum* giebt die in *ante* nur allgemein bezeichnete Zeit genauer an, *quam* wäre nicht passend. — *large*, 33, 34, 7. — *magis — umq.* fast = oft wol — aber kein einziges Mal, vgl. 9, 45, 2. — *quar. lib.*, 37, 35, 2 f. — *sed omni*, s. 26, 29, 3, vgl. 31, 22, 7. — *opimo r.*, 37, 54, 12. — *inermes* etc., nach dem Grundsatze 28, 34, 7; Dion. Hal. 14, 9. — *mille — dandum*, s. 37, 7, 1; vgl. 25, 24, 1; 21, 61, 1. — *talentum*, s. 25, 24, 1; 23, 44, 7; *argenti*, was jedoch hier in der Bamb. Hs. fehlt, c. 15, 6; 37, 6; 38, 13 u. a. — *numeretur — vellent* = *si vultis* oder *volueritis — date*, s. 2, 15, 4.

9. 1—2. *indomit.*, c. 12, 3; 27, 30, 5. — *mutabil.*, vgl. 36, 29, 1. — *praet. et pr.*, wahrscheinlich die Apokleten, da sie nur deren Rath einholen wollen, vgl. c. 8, 1 f., über *consulerent* vgl. 1, 32, 10. —

2 consulerent. clamore et iurgio excepti, quam diu rem traherent,
qualemcumque pacem referre iussi, cum redirent Ambraciam,
Acarnanum insidiis prope viam positis, cum quibus bellum erat,
3 circumventi Tyrrheum custodiendi deducuntur. haec mora inie-
cta est paci. cum iam Atheniensium Rhodiorumque legati, qui ad
4 deprecandum pro iis venerant, apud consulem essent, Amynan-
der quoque Athamanum rex fide accepta venerat in castra Ro-
mana, magis pro Ambracia urbe, ubi maiorem partem temporis
5 exulaverat, quam pro Aetolis sollicitus. per hos certior factus
consul de casu legatorum adduci eos a Tyrrheo iussit; quorum
6 post adventum agi coeptum est de pace. Amynander, quod sui ma-
xime operis erat, impigre agebat, ut Ambracienses compelleret ad
7 deditionem. id cum per colloquia principum succedens murum pa-
rum proficeret, postremo consulis permissu ingressus urbem par-
8 tim consilio partim precibus evicit, ut permitterent se Romanis. et
Aetolos C. Valerius Laevini filius, qui cum ea gente primum amici-
tiam pepigerat, consulis frater matre eadem genitus, egregie ad-

quamdiu ist, wenn es die Mz. Hs., die übrigen haben *quod diu* (viell. *quod tam diu*, darüber, dass sie), richtig überliefert hat, als Frage des Unwillens zu nehmen, vgl. Cic. Att. 3, 13, 2; *me accusas, cur — feram* u. ä. — *iurgio excepti* = *reprehensi.* — *cum q. — erat,* s. 8, 2, 13 u. a.; zur Sache c. 5, 6; 26, 25, 10; dass die Akarnanen auf der Seite der Römer stehen, zeigt 36, 12, 9f. Der Satz ist so auffallend gestellt wie c. 33, 11; 25, 16, 5, und würde nicht vermisst werden; auch sollte man in demselben eine Andeutung der Aetoler erwarten. — *Tyrrh.*, 36, 11.

3—7. *Amynand.*, er ist geächtet, s. 36, 28, 3, und bedarf daher das sichere Geleit. — *venerat*, das Plusqperf. bezieht sich weniger auf *cum iam* etc., obgleich es auch nach solchen Sätzen eintritt, s. 21, 29, 1: *dum*; 24, 32, 9: *postquam*; 25, 26, 15: *ut*; 3, 43, 3; 40, 21, 2: *cupido eum ceperat, quia crediderat*; Prop. 3 (2), 29, 1: *cum — nocte vagarer — turba venerat*; Tac. 15, 10, als darauf, dass auch er anlangte, ehe die Aetoler kamen, aber in der Zeit, als die genannten Gesandten bereits bei dem Consul waren; Madvig interpungirt *paci, cum — essent. Amynander* etc., wo es aber den Anschein gewinnt, als ob die Ankunft der Gesandten sogleich den Frieden würde herbeigeführt haben. — *pro — sollic.*, s. 27, 30, 5; zu 21, 9, 4. — *adduci — advent.*, Polyb. l. l.: ἧκον παρὰ τῶν Ἀκαρνάνων μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας ἄγοντές τινες τοὺς περὶ Δαμοτέλη. — *sui op.*, 36, 34, 4; 34, 58, 11. — *id — profic.*, Cic. Att. 7, 13, 1: *qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem*; an u. St. ist das durch *id* Angedeutete in *ut — deditionem* bereits enthalten und wird in anderer Form in *evicit ut* etc. wiederholt; es wird statt *id* von Gron. *et* vermuthet, viell. *inde.* — *succed. mur.*, sich nähern, s. 31, 45, 5; zur Situation 36, 34, 4. — *postremo*, zeitlich, obgleich *cum — profic.* mehr causal ist. — *permitter. se*, s. 36, 28, 1; 4.

8—10. *et Aet.*, c. 7, 4. — *Valerius*, 31, 50, 4. — *primum*, 26, 24. — *egreg. adi.*, Polyb.: νομίσας ἴδιον εἶναι τὸ πρᾶγμα καὶ καθήκειν αὐτῷ τὸ προστατῆσαι τῶν

iuvit. Ambracienses prius pacti, ut Aetolorum auxiliares sine 9
fraude emitterent, aperuerunt portas. dein ** quingenta Euboica
ut darent talenta, ex quibus ducenta praesentia, trecenta per an-
nos sex pensionibus aequis; captivos perfugasque redderent Ro-
manis; urbem ne quam formulae sui iuris facerent, quae post id 10
tempus|, quo T. Quinctius traiecisset in Graeciam, aut vi capta
ab Romanis esset aut voluntate in amicitiam venisset; Cephalla-
nia insula ut extra ius foederis esset. haec quamquam spe ipso- 11
rum aliquanto leviora essent, petentibus Aetolis ut ad concilium
referrent permissum est. parva disceptatio de urbibus tenuit, 12
quae cum sui iuris aliquando fuissent, avelli velut a corpore suo
aegre patiebantur; ad unum omnes tamen accipi pacem iusse-
runt. Ambracienses coronam auream consuli centum et quin- 13

Αἰτωλῶν, πᾶσαν εἰσέφερε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν. — *pacti* von den Besiegten, eine bedingte deditio, s. 9, 42, 7; 31, 45, 6. — *emitter.*, dass sie — dürften, nach geschehener Uebergabe. — *dein*, darnach wird gewöhnlich *Aetoli* eingeschoben, es kann aber auch ein ganzer Satz ausgefallen sein, entsprechend Polyb.: *οἱ μὲν Ἀμβρακιῶται — ὁ δὲ Μάρκος συγκατέθετο τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπὶ τούτῳ ποιήσασθαι τὰς διαλύσεις.* — *Euboica*, s. c. 38, 13. — *formulae s. i. f.*, Uebersetzung von *ἔχειν ἐν τῇ συμπολιτείᾳ*, s. 32, 33, 7f.; 39, 26, 2 u. a. — *T. Quinc.*, dagegen Polyb. in den Hss. (die Ausgaben haben *Τίτου Κοϊντίου*) *Λευκίου Κορνιλίου*, wo nur der zweite Name verdorben ist; wahrscheinlich hat L. an den Uebergang des T. Quinctius 32, 9, 6 gedacht, vgl. c. 11, 9. — *aut vi c.*, die erste Art der Städte wurde von den Aetolern nach ihrem früheren Bündniss in Anspruch genommen, s. 33, 13, 6; 9; der dort streitige Punkt würde hier aufgehoben. — *Cephal.*, da die Römer die Insel besetzen wollen, s. c. 11, 7; 37, 50, 5, so müssen die Aetoler, deren Bunde sie angehört hat, s. Schorn 29; Brandstäter 314; 472, durch die betreffende Clausel auf dieselbe verzichten wie auf die vorher erwähnten Städte.

11—12. *spe* nach den Vorgängen 36, 28. — *quamquam — esset* (nur die Mz. Hs. hat *erat*) kann wegen *spe* nicht wol als Gedanke der Aetoler genommen werden, s. 36, 34, 6. — *petentib.* = *cum*, *quamq.* — *essent* (*tamen*) *peterent.* — *parva*, nur eine kurze, c. 13, 9. — *sui iur.*, Polyb.: *περὶ τῶν πόλεων τῶν πρότερον συμπολιτευομένων αὐτοῖς*, es sind ausser den § 10 angedeuteten Städten Lamia, Heraclea, Hypata, Thaumaci u. a., s. 36, 14; 22; 37, 4. — *avelli* n. *eas*, s. 35, 41, 3; 24, 33, 6; 32, 33, 13. — *velut a corp.* ist zu verbinden, von den Aetolern, mit denen sie gleichsam — gebildet, oder von dem Bunde als einem organischen Ganzen, zu dem sie als Glieder gehört hatten.

13. *cent. e quinq. p.*, Polyb.: *στέφανος ἀπὸ ταλάντων πεντήκοντα καὶ ἑκατόν*; obgleich Polyb. bisweilen *τάλαντον* für Pfund braucht, s. 4, 56, 3, vgl. 22, 17, 19, so waren doch hier wahrscheinlich kleine Goldtalente, wie sie sich mehrfach in der Angabe des Gewichtes von Ehrenkränzen finden, gemeint, die nur 3 attische Goldstateren, 1, 57 Loth betrugen, aber von L. als Pfunde genommen sind, s. Mommsen das röm. Münzwes.

quaginta pondo dederunt. signa aenea marmoreaque et tabulae pictae, quibus ornatior Ambracia, quia regia ibi Pyrrhi fuerat, quam ceterae regionis eius urbes erant, sublata omnia avectaque.
14 nihil praeterea tactum violatumve.

10 Profectus ab Ambracia consul in mediterranea Aetoliae ad Argos Amphilochium — viginti duo milia ab Ambracia abest — castra posuit. eo tandem legati Aetoli mirante consule, quod mo-
2 rarentur, venerunt. inde postquam approbasse pacem concilium Aetolorum accepit, iussis proficisci Romam ad senatum permissoque, ut et Rhodii et Athenienses deprecatores irent, dato, qui simul cum iis proficisceretur, C. Valerio fratre ipse in Cephalla-
3 niam traiecit. praeoccupatas auris animosque principum Romae criminibus Philippi invenerunt, qui per legatos, per litteras Dolopas Amphilochosque et Athamaniam ereptas sibi querens, praesidiaque sua, postremo filium etiam Persea ex Amphilochis pul-
4 sum, averterat senatum ab audiendis precibus eorum. Rhodii tamen et Athenienses cum silentio auditi sunt. Atheniensis le-
5 gatus Leon Hicesiae filius eloquentia etiam dicitur movisse, qui

42; Hultsch Metrologie S. 109; wenigstens heisst es von dem Triumphe des Fulvius 39, 5, 14: *aureae coronae centum duodecim pondo — latae*; anders ist wol c. 14, 5; 15, 11 zu nehmen, eben so 36, 35, 12, vgl. 45, 25, 7. — *regia*, s. c. 3, 11; Flor. 1, 25 (29), 2; Amphilochien, Ambrakien u. a. war an Pyrrhus von Alexander, Cassanders Sohn, abgetreten worden, s. Plut. Pyrrh. 6; Niebuhr röm. Gesch. 3, 536. — *erant* folgt dem letzten Subjecte.

10—11. Friede mit den Aetolern. Polyb. 22, 13 f.

1—2. *Argos Amphil.*, Thucyd. 2, 68; 3, 105: ἐπιθαλασσία, am Fusse des Gebirges, nicht weit von der Mündung des Inachus, bei dem j. Dorfe Kaenouna; *mediterranea* (*εἰς τὴν μεσόγειον τῆς Αἰτωλίας*) *Aetoliae*, zu dem also Amphilochia gerechnet wird, 32, 34, 4, scheint mehr im Gegensatze zu der Grenze als zum Meere gesagt zu sein. — *leg. Aetoli*, c. 8, 2. — *mirante — quod*, 36, 41, 2; 34, 57, 10; 2, 54, 8 u. a., Gron. zieht *quid* vor, s. c. 24, 10; c. 9, 2: *quamdiu*. — *permisso* wie 6, 25, 5; 45, 5, 3, vgl. 9, 30, 10: *impetrato*; 30, 8, 1: *debellato*; 35, 35, 14: *imperato*; 10, 36, 6: *edicto*; 22, 55, 3: *palam facto* u. a.

